



George Wilbraham



LINGUÆ SINICÆ
GRAMMATICA,
ET
SINICORUM
REGIÆ BIBLIOTHECÆ
LIBRORUM
CATALOGUS.

Chũm 中 *Medii*

Kuĕ 國 *Regni*

Kuōn 官 *communis*

Hoá. 話 *Loquela.*

Imperii Sinarum (quod ab ipſis Medii Regnum appellatur)
Lingua communis.

LINGUÆ SINARUM
MANDARINICÆ HIEROGLYPHICÆ
GRAMMATICA
DUPLEX,

Latinè, & cum Characteribus Sinensium.

ITEM

SINICORUM
REGIÆ BIBLIOTHECÆ
LIBRORUM
CATALOGUS,

Denuò, cum Notitiis amplioribus & Charactere Sinico, Editus

JUSSU

LUDOVICI DECIMI QUINTI.

Author STEPHANUS FOURMONT, *Arabicæ Linguæ in Regio Francorum Collegio Professor, Regiæ Inscriptionum atque Humaniorum Litterarum Academiæ Pensionarius, Regiæ Bibliothecæ Interpres ac Sub-Bibliothecarius, è Regiis Londini ac Berolini Societatibus, &c.*



LUTETIÆ PARISIORUM,

Chez HIPPOLYTE-LOUIS GUERIN, ruë S. Jacques, à S. Thomas d'Aquin.
ROLLIN Fils, Quay des Augustins, au Palmier.
JOSEPH BULLOT, ruë des Prêtres S. Severin, à S. Joseph.

Ex Typographiâ JOSEPHI BULLOT.

M. DCC. XLII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

REGI

CHRISTIANISSIMO.

EAM, quâ nunc Europa collucet omnis, Litterarum gloriam, Majoribus tuis deberi totam, MAXIME REX, *Authores non nostri solummodo, sed Gentium etiam cæterarum cuncti, unâ voce conclamant.*

Quas laudes non comparavit sibi Franciscus Ius, nobilissimi illius Collegii tui Regii institutione, unde postea Linguæ omnes eruditæ, Latina, Græca, Hebraica, Syriaca, Arabica; unde Scientiæ universæ, Rhetorica, Philosophia, Medicina, Jurisprudentia, Mathesis, facto quasi cuneo, in omnes Orbis partes eruperunt?

Hinc enimvero, Latini, Græci, Hebraici, Syriaci, Arabici Scriptores, antea ignoti omnino, producti in dias luminis horas: *hinc, quæ præcedentibus sæculis, aut prorsus incognitæ aut neglectæ erant Artes, vel admirabili industriâ repertæ, vel cum honore summo renovatæ; hinc, quod mirari per sæcula Sapientes non desinent; ipsa, quæ ex Orbe ferè exulârat,* Urbanitas,

ad vitæ humanæ felicitatem, revixit ac pullulavit; Testes eâ de re Budæus, Vatablus, Ramus, Mercerus, Amiotus, Castellanus, Thuanus, *magna tunc Regni hujus tui* incrementa *&* ornamenta?

Quod si post Bellicas Henrici IIII virtutes, omni ore celebratas, celebrandasque, quanto Litteras easdem sit amore prosequutus, Abavus tuus Ludovicus XIII, paulisper consideretur, & verum semper hoc illud Axioma:

Regis ad exemplum subditos componi solêre, *præterire possumus hoc loco Cardinalem* Richelium, *& Disciplinarum, & Linguarum omnium illustrissimum protectorem? Omittemus tunc temporis vixisse Litteraturæ omnis illustrissimum Promotorem, Hieronymum* Bignonium? *Tacebimus (quæ una res, est Ludovici XIII pietatem in omne ævum commendatura) de magnis illis* Polyglottis *Parisiensibus, à* Jayo *sub tanto Rege procuratis, quos Libros, tum Artis impressoriæ, tum Linguarum Orientalium, quis neget Monumentum esse sempiternum?*

Succedunt Atavi tui Ludovici Magni *tempora, atque ea ætatum omnium gloriosissima, hactenus Orator nemo, Poëta nemo, nemo etiam Historicus repertus est, qui, non dico, verbis exornare, sed, ne simplici quidem descriptione enarrare posset; Quin, prætermissâ silentio Bellorum magnitudine, amplitudine Bellatorum, queïs de, nulla unquam posteritas conticescet: sive Artes, seu Artifices, sive Scientias, sive Doctos, sive Oratorum Eloquentiam, sive Poëtarum* ἐνεργείαν, *sive Academiarum fundationes, sive etiam Præmia Industriæ, ac Virtutibus ubique constituta, & quod præstantius est, Viros Maxi-*

mos, his omnibus à tanto Rege, divino quodam delectu, præpositos, Colbertum, *Cancellarium* De Ponchartrain, Joannem-Paulum Bignonium, *aliosque complures, spectaveris; nihil unquam quidquam simile: eventus profectò ii & tales, non qui solo oculorum animique admiratione contemplandi, sed qui non insufficiente, quod hîc necessariò fieret, recitatione extenuandi.*

Ad te accedo, Rex potentissime, *& illo isto novo, quo latè circumfulges splendore, obstupesco admirabundus, quî tandem, quod jam à te factum, decessorum tuorum omnium ad te undiquàque confluxerint* ἐγκωμία, *quive eos omnes Reges, illustrissimos licèt, hinc* domi *summâ Consiliorum tuorum prudentiâ, illinc* Militiæ, *singulari Armorum tuorum gloriâ; hinc egregiâ tuâ in Litteras, Litteratosque benevolentiâ, illinc eximiâ Operum Litterariorum molitione, longè superaris junior, ac ferè adolescens.*

Enim verò, omittantur res à te & Imperio tuo præclarè gestæ, in Hispania, in Italia, in Germania, ubi Milites tui Heroës totidem; at Belli Pacisque inter Monarchas sibi infensissimos, jam antea, at nuper, à Germanis, à Russis, ab ipsis Othmanidis, ob infinitam Sapientiæ & Justitiæ tuæ famam, una voce Moderatorem, Sequestrum, Arbitrumque eligi ac statui, quàm magnum fuit! quàm ab omni est sæculo inauditum!

In Bello, Rex Christianissime,
Parcere subjectis, & debellare superbos,
Hæ tuæ erunt Artes.

Quoad Litteras, *quantas nobis omnibus à*

tenerâ tuâ ætate ſpes, quamque firmas oſtendiſti, qui eſſes à Patre Litterato, Litteratorum amantiſſimo, atque ipſo etiam Authore, procreatus; qui Philippum Aurelianenſem, *Virum magnum, & eorum, quos Orbis noverit, Principum Doctiſſimum, inſignem Diſciplinarum, Doctorumque omnium Protectorem, & tui loco & tuo nomine eſſe per omnem pueritiam tuam ſummo cum gaudio videres; qui à Magno Eccleſiæ Romanæ Cardinale*, D. D. de Fleuri, *Eruditiſſimo ſimul, atque Eruditorum omnium Adhortatore educatus, progreſſus ipſe in Litteris, Rege dignos, quotidie faceres, Hiſtoriæ, Geographiæ, Linguarum etiam remotiſſimarum amator & curioſus; qui denique adultus jam, cum ad majora Regni tui negotia eſſes manum admoturus, ne eædem illæ, quas ſemper amaſti, Litteræ, ullo tempore orbarentur, inter magnos adminiſtros tuos, Illuſtriſſimum & Clariſſimum ab Avis, Ataviſque, Scientiarum, Artiumque Liberalium cognitorem, amatoremque* D. D. Comitem de Maurepas, *ut Collegii tui, ita Academiarum, & proinde Litteraturæ omnis, pro te, quaſi inſpectorem, tutoremque declaraveris.*

Hujus Divini Conſilii tui, Rex Maxime, *nemo noſtrum eſt, qui ſapientiam ſingularem non admiretur, qui utilitatem inde mirificam, atque in omnes Litteratos redundaturam non perſentiſcat. Sic enim & quæcumque à Majoribus tuis, beatæ memoriæ, in Litterarum propagationem, dexterrimè inventa, rectiſſimè ordinata, pulcherrimè ſtabilita ſunt, ea ipſa, ſi perfecta ſint, in eadem priſtinâ ſuâ dignitate, gradûſque ejuſdem &*

ſarta

sarta tecta tueris, conservasque omnia; & si quid defuerit in dies aucta, majora in dies, & perfectiora, ingenio tuo efficis, præstasque: Et quod omne tulit punctum, *ac novum quoddam est immortalitatis genus, pariturum tibi, aut ignota omnino, aut à Prædecessoribus tuis cogitata quidem, at ob summam rerum difficultatem, visa ardua & quasi factu impossibilia, exequeris, & ad umbilicum usque perducis.*

Tale est, audacter dicam, Opus hocce Litterarium, quod conceptum à Viris Regni tui maximis, quod jussu tuo, & ante oculos elaboratum tuos, à me tibi hodie consecratur.

Ab Atavo quidem tuo Ludovico decimo quarto, *Victoriis tot tantisque per suam vitam commendato, & gloriæ Gallicæ simul & pietatis diligentissimo, animadversum quoque istud, sed imperatum solummodo,* Rex Maxime,

At ne tentatum quidem quale à me factum, nunc authoritate tuâ emittetur. Opus profectò annorum septem & viginti, ab anno 1715, ad annum 1742.

Quod cum Characterum Sinicorum Hieroglyphicorum numero 120000, delineationem, sculptionemque.

Cum Dictionaria amplissima sex, Characteribus *iisdem hieroglyphicis, Europæ ferè incognitis, referta.*

Cum Grammaticam hanc duplicem, & multas alias lucubrationes Philologicas.

Cum Librorum Bibliothecæ tuæ Sinicorum Notitias *ambitu suo contineat, comprehendatque.*

b

Nonne est & Polyglotta omnia, & omnes Authorum editiones immensitate suâ exuperaturum?

Perpenderat videlicet, ultimis Regni sui annis Ludovicus decimus quartus, *idque certò, missis in Sinam Missionariis didicerat.*

Evangelii Præcones, quamdiu Sinas, *Gentem eruditam, & antiquitate suâ, atque omnimodâ urbanitatis famâ superbientem, nullâ Linguæ illius hieroglyphicæ cognitione muniti, nullâ Librorum Mandarinicorum lectione antea imbuti convenirent; fructum laboris sui omnis aliquem, sed multò minorem, percepturos; hoc enimverò ratio ipsa dictabat.*

Vehementer, id diúque & attentè consideràrat Prudentissimus Rex, quamvis Gallia, & Patris sui Ludovici decimi tertii, & suâ ipsius ætate, innumerabilibus Authorum scriptis, multiplici characterum impressione, variâ Linguarum eruditarum cognitione, Regiones Europæ omnes vicisset, attamen deesse adhuc, & decantata illa Sapientum Sinarum scripta, & famosos illos Linguæ Sinicæ Characteres, & in Viris Doctis ejusdem admirabilis Linguæ peritiam.

Si etiam Gens *reverâ à sæculo, Populus certè omnium antiquissimus, numerosissimus, & à Diluvio usque celeberrimus.*

Si Mortales, *& Librorum infinitorum conscriptione, & Legum optimarum sanctione, & sapientiæ Philosophicæ famâ illustrissimi.*

Si Monarchia *Terrarum vastissima.*

Si Hieroglyphis *illis Ægyptiacis, aut amissis om-*

nibus, aut ignoratis, Lingua Sinica *generis ejuſdem reliqua una.*

Si, inquam, Sinæ, *qui hæc omnia, omnium hominum ſoli poſſident, tandem cognoſcerentur.*

Hoc illud & Litteris poſt hac utiliſſimum fore, & Regno Gallico pulcherrimum.

Uno verbo, is Ludovici Magni, *Atavi tui ſcopus, ut ad Religionis, Scientiarumque gloriam Litteratura hæc tota, Galliæ primùm, deinde per Galliam omni Europæ innoteſceret.*

Sed eundem hunc illum honorem, & ſummo imperio tuo, & gloriæ tuæ immenſæ, per æterna ætatum omnium ſæcula colluſtrandæ, totum reſervavit Dei Optimi Maximi Providentia.

Quas igitur gratias, & quam immortales habituræ tibi ſunt, Rex Maxime, *& Religio Chriſtiana, & Litteratura omnis!*

Religio, *quæ per te, remotis nunc Linguæ Sinicæ ambagibus, arboris fortunatæ inſtar, jam ſeſe eſt per Sinam, & vaſtas illas fermè totius Orientis Regiones, multò quàm antea faciliùs propalatura?*

Litteratura, *quæ cum hactenus felices illas Orbis partes penè ignoraſſet, neque illarum Hiſtoriam, Chronologiam, Geographiam, Philoſophiam, Scientias demùm Arteſque, niſi è Rivulis iiſque & exiguis & Turbidis, tantùm delibaſſet: nunc beneficio tuo ſingulari, & per illas eaſdem lucubrationes noſtras, ex ipſis Authorum Sinarum Fluminibus, ad ſatietatem uſque debitam, & pleno ore, eſt in poſterum exhauſtura?*

Quarum lucubrationum, cum Grammatica Princeps, ab omnibus Linguarum peritis ſemper exiſtimata, exiſtimandaque ſit, eam tibi nunc, at iis, quæ nomine etiam & juſſu tuo, à me concinnata ſunt, Dictionariis Mandarinicæ hujus & Hieroglyphicæ Linguæ ampliſſimis, brevi cumulandam, Offert, Dedicat, Conſecrat,

MAJESTATIS TUÆ

CHRISTIANISSIMÆ,

Servus & Subditus,

STEPHANUS FOURMONT,

In Collegio tuo Regio Linguæ Arabicæ Profeſſor; Regiæ tuæ Numiſmatum, & Humaniorum Litterarum Academiæ Penſionarius, Regiæ tuæ Bibliothecæ Interpres & Sub-Bibliothecarius, ac è Regiis Londini & Berolini Societatibus.



PRÆFATIO.



QUI *Meditationes* meas Sinicas attentè legerit, is hîc longam Grammaticæ huîc meæ Præfationem à me expectari non sentiet oportere; illinc enim & rationem studiorum meorum sane difficilem, atque operosam, & varios Eruditorum Europæorum ad Linguam Mandarinicam ediscendam conatus, hucusque irritos, & quæcumque Grammaticam ipsam Sinicam antecedere necesse est, documenta perdidicerit.

Sive enim *Characterum Hieroglyphicorum* omnium *lectio* & *nomina*, sive eorumdem reperiendorum *Ars* tota, Scriptoribus nostris prorsus nova: sive diversa Authorum Sinarum, & per *Tonos*, & per *Claves Dictionaria*: sive, quæ ipse ego elaboravi *Dictionaria sex*, è Sinarum ipsorum Dictionariis desumpta: denique, eorumdem Dictionariorum & ordo & usus; hæc, inquam, ibi cuncta simul enunciata à me fuerunt satis superque, & quantum res ipsa postulare videbatur, explicata.

Nihilominus ad ampliorem laboris hujusce mei intelligentiam, cum opus hoc Sinicum reverà vastissimum, non meâ ipsius inculcatione, sed magnis Virorum Litteraturæ totius Principum animis conceptum: non propriâ meâ voluntate, sed duorum Regum Maximorum Ludovici XIV. ac Ludovici XV. jussu inchoatum: deinceps Regiâ eâdem authoritate continuatum à me perfectumque sit: quia & jam pridem, id est, ab anno 1716. omnibus *Novis* diurnalibus cognitum publicatumque, (quod tum nobis invitis factum est) tantæ, quod putaretur, *retardationis*, aperiendas existimo Lectori causas.

Eas enimverò necesse est & fuisse plurimas, & gravissimas extitisse. Sed quoniam ignotas sibi, alias atque alias esse arbitrati sunt nonnulli, vanâ opinatione decepti: ediscant tandem id hoc loco, quænam fuerint, & quia patientiâ sum usus summâ, quæcumque in me commotæ fuêre undæ, eas ab eodem me, & contemni fortiter, & animosè reprimi potuisse, ac, quod majus est, debuisse.

Itaque Præfationem hanc meam in partes distribuam sex.

In *primâ*, legitimas illius, quæ malè objiceretur, *retardationis* causas, sum egomet ipse, absque hæsitatione ullâ, commemoraturus.

In *ſecundâ*, poſt indicata tantummodo vaſta mea Linguæ Mandarinicæ, ex ipſis Mandarinorum Libris exprompta, Dictionaria; Grammaticam meam Sinicam indidem extractam, qualis primùm fuerat à me concinnata, per ſumma capita deſcribam omnem.

In *tertiâ*, enunciatâ ſummi ac illuſtriſſimi Viri *Pauli Bignonii* eâ, quæ ab ipſo inſtituta eſt, *Premarianam* inter & *meam* Grammaticam comparatione, judicium de eâdem Grammaticâ, de Amici quidem opere, Amicus, attamen prout decet, ac ſecundùm ſanæ criticæ leges, adjiciam, quale à me ad *Premarum* in Sinam Epiſtolâ miſſum eſt.

In *quartâ*, de variis agetur operibus, id genus, poſt Grammaticam *Premarianam* ad me allatis, quæ ipſa à Sinâ profecta; cur enim hîc, & R. P. *Varonis*, & *Diaſii*, cur *Cupletii* & *Bayeri*, cur *Roſalienſis*, cur clariſſimi viri *Montignii* oblviſceremur? dum hic ſolus meſſem, & rerum, & vocum, & Dictionariorum, & Grammaticarum Annotationum ſuppeditavit abundantiſſimam?

In *quintâ*, cum Gallicè primùm exarata fuiſſet Grammatica hæc mea, & ad majorem Reipublicæ Litterariæ utilitatem, Regiâ itidem authoritate à me verſa edatur; dicenda nobis etiam nonnulla & de iis, quæ præceſſêre, in Linguam Mandarinicam *Meditationibus*, quæ ex anteriori illâ Grammaticâ quâdamtenus extractæ, & de hâc ipſâ, quam nunc proferimus, quodam modo decurtatâ, quæ prioris in tres diviſæ, non niſi tomus ultimus.

6°. At quoniam ad ſtudium hodie eâ, quâ par eſt, diligentiâ, temet appellere fortaſſe dubitares, Lector, vide, quantum tibi & currenti calcar addiderit Rex ipſe: Quamquam in impreſſo Bibliothecæ ſuæ Catalogo, Libros omnes Sinicos, *Notitiis* noſtris indicatos, edi juſſiſſet; tamen hîc ad intimam & Authorum & rerum cognitionem ſimul, & ad majorem ſtudiorum tuorum progreſſum, ille idem Bibliothecæ Regiæ Catalogus, Sinicis ipſis characteribus, voluit, ederetur.

Hæc ergo *ſexta pars*, *Notas* quaſdam eſt, de hâc novâ Librorum Bibliothecæ Regiæ Catalogi publicatione tibi exhibitura. Quæ omnia, remotâ digreſſione omni, quantùm in me eſt, expediò breviter.

PARS PRIMA.

De legitimis impreſſionis hactenus differendæ cauſis.

Cauſæ *retardationis* fuêre omnino tres, quas quiſnam Lector paululum æquus rejicere auſit?

Prima eſt, quod *Grammatica Sinica* hîc, id eſt, in *Europâ* nondum ulla, quam imitarer, nullum *Dictionarium*, quod eſſet prævium mihi.

Secunda, quod *collectionum* mearum, futurarum, dubio procul, infinitarum *exſcriptiones* etiam futuræ longiſſimæ.

Tertia, quod ad imprimendum characteres prorſus nulli, eorumdemque ſeligendorum curam cui committerem, præter me, mortalium nemo.

Primò quidem, in Bibliothecis noſtris omnibus tunc temporis

(quod expertus audacter afferọ) licèt ampliffimæ effent, licèt generum omnium Libris refertiffimæ, licèt etiam Libros aliquot Sinicos poffiderent, attamen, quod ad Linguam Sinicam aut edifcendam, aut exponendam faceret, opus omnino nullum fuit. Nam cur nefciffent Bibliothecarii quicumque? Cur omififfent Catalogi Bibliothecarum omnes? cur homini Litterato non ufquequaque incognito, cur, inquam, Profeffori Regio, Viro Academico, &c. ad Grammaticam & Dictionaria Regio juffu conficienda, fi qui habuiffent, auxilium omne recufaffent Librorum aut mutuò accipiendorum, aut etiam excerpendorum, qui id in omni aliâ re facerent libentiffimè? Hoamgio igitur mortuo, quia reipfâ ab ipfo fcripta, vel latinè tantùm exarata, vel fi qua charactere Sinico, ea ad fcopum hunc meum inutilia omnino, quod in *Meditationibus Sinicis* tibi abundè comprobatum: incumbebant mihi abfque ullo exemplo componenda hujufcemodi opera. Jam Linguæ Afiaticæ, antiquiffimæ fimul, & à cæterarum Linguarum ingenio, propter *Hieroglypha*, remotiffimæ, fieri quadamtenus creatorem, id verò me dignum, dexteritatifque ac fagacitatis non afpernandæ: & rem ejufmodi, quamquam tædiofam ac difficilem, tum Regni Proceres, me etiamnum diffidente, ac quodammodo renuente répetebant, tum egomet ipfe (cur enim id, quod verum eft, non fatebor) non fine quâdam certitudine (adeffet modo temporis fpatium) ad optatum finem iri perductum augurabar.

Secundò, fuppofitâ nunc primò *vocum* Sinicarum, deinde *figurarum Mandarinicarum*, id eft, *Pronuntiationum* vocabula Sinica efferentium, & *Characterum* iifdem pronuntiationibus refpondentium cognitione, nonne ex Libris, atque ex illo Dictionariorum merê Sinicorum (non enim fuppetebant alia) nudos characteres & innumerabiles figuras exhibentium, Oceano, colligenda omnia hæc erant, hoc eft, & *voces* & *characteres*? Hinc *voces*, queis enunciaretur *character* unufquifque, unà cum ejus *tonis* & variis *fignificationibus*; illinc *characteres* ipfi apud Mandarinos, pro fcripturâ nôftrâ ufitati? at quantæ, Librorum multitudine infinitorum, magnitudine immenforum *excerptiones*; & quàm improbus Authori labor, qui tamen poftea exfcribendus etiam ab aliquo totus.

Tertiò, Etfi poft Authoris compofitionem perfectæ jam, abfolutæque *exfcriptiones* fuiffent, nùm ad *Grammaticæ*, aut ad *Dictionarii* ullius (at hîc requirebantur multa), nùm ad paginæ unius impreffionem nofmet accinxiffemus, quin formæ *characterum* apud nos fculptæ? Nec tantum pars quædam, fed omnino omnes, eæ videlicet primùm, quæ *Grammaticæ* Sinicæ, eæ poftea, quæ variis Mandarinicæ Linguæ Dictionariis in publicum edendis fufficerent? Et quo tandem iftud modo fieri poterat, nifi delineati & fculpti characteres forent, idque non è quovis ordine, vel unius generis unus, fed fæpenumero tres, vel quatuor, vel quinque, vel interdum decem, interdum viginti, vel etiam quadraginta: hæc autem ipfa eadem *delineatio* & *fculptio*, quin delectum per fe difficillimum, quin fpatium temporis infinitum poftularet, dubium paulifper cogitanti nullum.

Redi ergo, Lector, hæcque omnia mecum refume, & quantum ex parte mea induftriæne, an perfpicacitatis dicam, certè *lec-*

tionis, *combinationnm*que : quantum ex parte *exſcriptorum*, *moræ*, quantum ex parte *Delineatoris*, atque *Sculptorum*, *defatigationis*, inſumendum fuerit, nonne fatebêre illico ?

Primò, Ex *parte meâ* : æternum primâ fronte videbatur id, quod conſtruere in animo habebamus ædificium; & ſcripta mea tot, in omnes Eruditorum lucubrationes, in omnes ferè Scripturæ Libros, nova & κριτικώτατα, oculo videre poteram irretorto ?

Sed eam ipſam in rem animi addebantur mihi, atque unâ cum *Sinicis* futuris, *Commentariorum* illorum meorum jam factorum promittebatur editio Regia, & à quonam confidentiùs quàm à Rege, inter Litteras, id eſt, cum Regente *Philippo* Aurelianenſi, & Magni Cardinalis *Floriaci* curâ educato, ſperarem, exſpectaremque? Atqui de illo Sinicæ Linguæ ædificio jam ſalva res eſt, conſtruxi, & poſt *Meditationes* noſtras *Sinicas*, tum præſenti hâc *Grammaticâ*, tum *Dictionariis* mox ſecuturis erexero, Regiæ in omnes Litteratos munificentiæ, *Monumentum ære perennius.* Cætera igitur tempore venient etiam ſuo, & quiſquiliis *Thomaſſini*, ab unoquoque Docto exſibilatis, non anteferrentur Notæ in Linguas meæ ?

Sed enim opera illa mea Sinica, ex *non extantibus*, creare quàm arduum ! perpetuo quaſi filo pertexere, quàm tædioſum ! per annos complures, noctefque, dieſque enixus, *excerptiones* meas nonniſi tumultuosè coacervaram; & erat tunc moles indigeſta, ac velut naſcentis primordia mundi; ſed & *Meditationum* Sinicarum, & *Dictionariorum* ſex, & *Grammaticæ* totius ſeges ampliſſima, quam etiamtum, contemptâ valetudinis meæ ratione, omnem ordinavi. Atque hæc fuit prima *retardationis* cauſa, quæ, ut vides, maximè legitima.

Secundò, Jam verò deerant mihi ad tantam collectionum mearum multitudinem *Exſcriptores*. Et ſi Litterarios Fratris labores libenter exſcriberet Frater, quemnam potius quam Fratrem meum delegiſſem, quiſnam etiam futurus fuiſſet aptior? *Michaëlem Fourmontium*, ego Frater jam adultum, in *Latinis*, in *Græcis*, in *Hebraïcis*, in *Syriacis*, annos totos ſex, per horas quotidie quatuor aſſiduè docueram. Ita autem docueram, ut Linguas *Græcam*, *Hebraïcam*que, alios idem ipſe plurimos privatim doceret : eundem per me Rex, annitentibus Magnis Viris *Bignonio* & *Maurepatio*, in illuſtriſſimum Profeſſorum Regiorum numerum jam aſciverat, & mihi laboribus jam penè confecto, ut à me Exſcriptor quemcumque libêret, aſſumeretur, certos quoſdam reditus denuò aſſignarat, quos illi quoque addere licitum mihi. Seſe ipſe Exſcriptorem offert Frater meus, facio amplius, aut potius fecêre, obſecrante me, *Bignonius*, & illuſtris Princeps, Regni Regens : remanente eodem præmio, interpretis titulo obtegitur *Exſcriptoris* conditio, quid aut majus aut gratius ? Sed Frater Fratrem non ſecutus eſt diu ; terruit labor, etiam latinas Dictionariorum Sinicorum tantorum ſignificationes ſolummodo exſcribentem, &

Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit, ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amne.

Hoc imminere periculi, &

Ex

Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri,
Spes Sinæ *& fractæ vires;*

Denique tanta eum subiit è longiore, & alieno opere desperatio, ut ante annum 1726, non solùm exscriptionem omnem, sed etiam omne Linguæ Sinicæ studium, tanquam nimis difficile, penitus abjiceret: & exinde alios atque alios, qui mea transcriberent, adolescentes, quærere fuerim coactus.

Nota autem hæcce hoc loco maximè necessaria, non solùm, Fratres ambo & propter quandam Studiorum Orientalium communitatem, alter cum altero à multis confusi, dignoscamur, necesse est; sed etiam, si qui lapsus, aut in iis, quæ præcessêre, *Meditationibus Sinicis*, aut in hâc, quam nunc edo, *Linguæ Mandarinicæ Grammaticâ*, aut in variis ejusdem *Hieroglyphicæ Linguæ* à me uno concinnatis *Dictionariis*, quod fieri omnino potest, nonne æquum est, mihi quanquam majori & olim Magistro, imputentur uni omnes, & ab hâc totâ suspicione liberetur *Michaël Fourmont*, Frater charissimus: certè horum eorumdem lapsuum nec coadjutor fuit, neque ullâ in re comparticeps, oportet, habeatur; derelictâ Sinâ, aliorsum gressus (norunt ii, qui in Europâ, Eruditi plærique) & animum suum omnem appulit, hoc est, ad Inscriptiones Græcas; nam Constantinopolim ipse, & clarissimus amicus meus *Sevinus*, Regio jussu profecti, alter *Librorum Orientalium*, *Franciscus Sevinus*, alter *Inscriptionum Græcarum*, *Michaël Fourmont*, messes ad nos amplissimas comportavêre.

Quod hinc inferendum tibi, Lector, altera retardationis meæ causa, *exscriptiones* non neglectæ prorsus, sed non eo, quo debuissent, ardore promotæ, non eo, quo oportuisset, tempore absolutæ, & authori (quæ res oneri mihi maximo) unicè, præsertim quoad characteres Sinicos, relictæ.

Torcular calcavi solus, & nemo mecum.

Tertiò, 3ª fuit hujus ipsius retardationis causa, eaque irrefragabilis, *delineatio* ac *sculptio.* Unde verò inceperit utraque, non anno 1716, sed 1720; & quî fuerit ad huncce annum 1742 prolata, audi Lector.

1°. Quamquam ab anno 1716. operam in Linguæ Sinicæ studio assiduam collocarem, attamen non tenui statim Hieroglyphorum

NOTA. Ante Opus nostrum in Europâ visi quidem characteres Sinici nonnulli; nam præter titulos Librorum quorumdam (trium tamen vel quatuor tantummodo) *Flores* aut *Plantas* aliquot delinearat *Boimus*, ut apud *Thevenotium* videre est, & in *Sinâ illustratâ*, non solùm horum eorumdem, & *Monumenti Siganfuani* totius effigiem dederat *Kircherus*, sed etiam Lib. 6°. qui characteres aut *Draconum*, aut *Agriculturæ*, aut *Ostreorum* & *Vermium*, aut *Alarum*, aut *Testudinum*, aut *Fascium*, aut *Herbarum*, aut *Astrorum* & *Stellarum*, aut *Piscium*, aut *Librorum*, aut *Placitorum Judicialium*, aut denique *Tabellarum* à privatis quibusdam in usum peculiarem *exaratarum*, appellati, eos, prout è Dictionario Xuě vên fuerant ab eodem *Boimo* extracti, ediderat: itidem *Mullerus*, publicato eo, qui Siaó hiŏ inscribitur, Libellulo, Imperatorum nomina, unà cum brevi Commentario Germanico, ad Regem beatæ memoriæ Ludovicum XIV miserat: Præterea anno 1730, & posteaquam per annos decem & amplius *characterum Sinicorum* delineationem sculptionemque jam inchoarat Gallia, *Petropoli* ad nos *Musæum* suum destinavit *Bayerus*, in quo characteres Sinici, in ære sculpti, ad duo millia; at omnia ista & pauca, neque eâ, quâ oportebat, curâ elaborata, & trunca, mutilaque, ut cuicumque inspicienti, & characteres nostros è Libris ipsis pulcherrimis desumptos conferenti, patebit illicò.

ſeu *characterum* Sinicorum nec propria *nomina*, hoc eſt, verè uſitatam apud *Mandarinos* lectionem, nec genuinas ſignificationes, id eſt, non imaginarias, myſtagogicaſve, ſed quales apud Sinas ipſos Doctores vigere conſtaret. Donec igitur certis & indubitatis exemplis, ea pernoſcerem omnia, delinearetur aut ſculperetur character ullus, niſi in *ſpeciminis* locum, id verò cavere oportuit maximè: hærerene ad diſtinguendos inter ſe characteres conveniſſet? Hoc primùm, ſed minimum fuit: characteres 70000 primùm legere, eoſdem Delineatori ſeligere, tum delineatos Sculptori tradere, poſtea ad ſpecimen impreſſos, unum poſt alium examinare, quàm longum? Jam verò Dictionaria, ut ſcis, alia per *claves*, per *tonos* alia; à queiſnam incipiendum? per *claves* nempe. Ex hoc igitur characteres delineati & ſculpti priores, ſed majora in dies monet *Experientia* rerum magiſtra; in hujus prioris Dictionarii characteribus non adeſt, neque ob ſpatii anguſtias adeſſe poterat, niſi numerus characteris quotus in *clavi* eſſet ſuâ. At in eo, quod per *tonos* eſt, ita ejus, in quo character delineandus, *ligni* ſpatium diviſit *Delineator*, ut characteri ipſi delineato, & dextrè, juxta majorem, quam, quæ apud Sinas, Analogiam diſpoſito, inſit & *tomi* indicatio, & *characteris* per tonum ſuum *pronuntiatio*, & ejuſdem tomi *pagina* numero notata, & in ligno ipſo eodem ſculptionis *annus* & Sculptoris *nomen*, abbreviatè, quod mirabile prorſus. Atqui *delineatio* & *ſculptio* hujuſmodi opus maximum. Eratne, quod fortaſſis autumabas, aut unius, aut duorum, aut trium, aut etiam decem annorum? Expertis hîc crede, non decem, non quindecim, ſed viginti & amplius; quid enim hîc reſponſurus es? rei huic eidem opera non interrupta per annos duos & viginti integros navata à *Pictore* & *Artificibus*: initio ſeptem, poſtea ſex, deinde quinque, poſtremò quatuor aut tribus, prout vitam in tantâ *delineationis* aut *ſculptionis* aſſiduitate produxêre: neque id hîc objeceris, laborem ejuſmodi pluribus diſtribui à nobis potuiſſe? Scín' raram nunc in hac urbe & rariorem in poſterum futuram *ſculpturam* ligneam, quia neglectior? Porrò quotuſquiſque erat, qui Litteris Latinis majuſculis aſſuetus linearum paucarum & facillimarum, characteres Sinicos & hieroglyphicos, tum ſibi incognitos, tum lineamentis & multis & anfractuoſis ſæpe complexos, *ſculpere* aut vellet, aut poſſet? Audi hîc illuſtriſſimum Bignonium. *Acte de la dépoſition de la Grammaire Chinoiſe de Mr. Fourmont à la Bibliothèque du Roi.* Medit. Sinic. pag. 135. n°. 2°. *Cette Grammaire ne deviendra vraiement utile, que quand elle pourra être imprimée avec les characteres Chinois. Mais quoique le Roi, par ſon amour pour l'avancement des Sciences, ne ceſſe de faire fournir les fonds néceſſaires*

NOTA. Anno 1720. aſcitus eſt *delineationis* cauſa, Pictor tunc non incelebris, ex eâ, quæ Sancti Lucæ nomine inſtituta eſt, Academiâ D. *Gualterius* (Gaultier), Conſiliarius, Vir ingenio non vulgari, & ad ejuſmodi Opera dexterrimus. Sculptores fuerunt *Reiſacher* Gente Helvetius, *Vaſſaltus*, *Blandinus*, *Cambonaltus*, per aliquot tempus *Sutor*, *Sanlupus*, *Teſſierius*. (Gallicè *Reiſachre*, *Le Vaſſaut*, *Blandin*, *Chambonneau*, *Le Sueur*, *de S. Leup*, *Teſſier*) quorum plærique per annos illos 20, alius poſt alium mortui: qui remanſerunt diutius, *Vaſſaltus* & *Teſſierius*. *Vaſſaltus* anno 1740 mortuus, vivunt *Teſſierius* & *Delineator*, jam ſenex. Hæc à me adducta, ut videat Lector, eam ipſam rem, neque hominis unius, ſed complurium fuiſſe, neque unius anni, ſed viginti & ultra; *Delineatore* quâdamtenus etiam Litterato opus fuiſſe ſciat, ad *Characteres*, juxta præcepta noſtra, ſecernendos, & ſecundùm figurarum Sinicarum *analogiam* ordinandos. Quoad nos verò, quantus rerum concurſus!

pour continuer la gravure du nombre prodigieux de ces characteres, commencée pendant sa minorité sous notre conduite, il ne faut pas moins de tems pour achever ce travail, que pour achever celui des Dictionnaires. (24 Sept. 1729.) Atque hæc ipsa est tertia *retardationis* causa; an ea tibi nunc justa?

At ideò tanti *testimonii* authoritate tibi confirmatam volui, ne amplius unquam quisquam, me jam labore infando & paralysi per duosce annos continuâ penè enecatum, inanibus, ut fit, querelis, conficeret.

PARS SECUNDA.

In quâ, recensitis denuò vastis iis, quæ Linguæ Sinicæ Mandarinicæ ex ipsis Mandarinorum Libris jam tum elaboraveram, Dictionariis, Grammatica indidem à me ipso extracta, qualis primùm fuerat à me concinnata, per summa Capita describitur, & in antecessum objectioni de tam immensis operibus legendis factæ & faciendæ itur obviam.

Nunc dissolvendæ objectiones duæ, illinc propositæ mihi. Dictionaria tot tantaque (dixerunt quidam) ullusne est, qui legi à quoquam posse existimet? quare tot, quare generis eadem multiplicis? & ab uno, eodemque homine confieri, istud verò cogitationis est temerariæ & horrendum quid. Optimè, nihil dictum sapientius, sed primâ tantummodo fronte; nam hùc redit proverbium Terentii, *Homine ignaro*, &c. qui sic locuti, locuti omnino incogitanter. Negabuntne in Latinis, in Græcis, in Hebraïcis, imo in Gallicis Dictionaria esse, & esse necessaria generis multiplicis, hoc est, non unius, non duplicis, non triplicis, non quadruplicis tantum, sed sæpe quintuplicis aut sextuplicis? Non habemus Dictionaria Latino-Gallica, & Gallico-Latina? non habemus Dictionaria Artium? Dictionaria Juris? Commercii Dictionaria? Dictionaria Poëtica? Dictionaria Geographica? Dictionaria Historica? Dictionaria etiam generaliora, ut *Morerii*, & quorumdam aliorum? quot ejusmodi in omnibus Linguis reperies? Hesychiusne idem cum Suidâ, & Suidas idem cum Harpocratione? Qui ergo sic putant, *Næ profectò faciunt intelligendo, ut nihil intelligant.*

Quantum autem distant à scopo! non vident, si Lingua in Dictionario triplex, confestim Dictionarium invertendo, exurgere generis triplicis? *Morellii*, verbi gratiâ, Lexicon non æquivalet, si invertas, Dictionariis tribus? Septilingue ergo septem, octilingue, octo, & sic de cæteris. Ponamus nunc Linguam necessariò duplicem, protinus unà cum versione idem efficiet, quod illud *Morellii* Lexicon, etiam ad unicam illam Linguam exprimendam. Quid, si Characteres Hieroglyphici tibi exprimendi soli, qualis τσ̀ pìn çù çiēn, *character* tiēn, loco positus suo; nam Dictionarium illud omnium primum, merè Sinicum. Quid si *characteres* illi per *claves* unâ vice, & subsequatur *nomen Sinicum* Latinis Litteris, & & versio? non hoc secundum? tiēn *Cælum*, clavis 37. charact. 3.

Quid, si aliâ vice, per *tonos*, id est, 1°. per *characteres* Sinicos ex tonorum ordine, 2°. subsequente characterum *pronuntiatione Latinâ* tono suo notatâ, 3°. cum versione. Vide *tom.* E *pag.* 125. nempe tertium erit.

Quid, si inceperit per *Europæam vocem*, addatur *pronuntiatio Sinica*, & ipse, aut in fine, aut per medium character, nonne jam quartum? perinde est enim, ubi collocetur character.

Considera autem, Lector, attentè, id omne ad unam Linguam pertinere, nec repletas *combinationes* omnes, nec dum agi de *Dictionariis Artium*, de *Dictionariis Geographicis*, aut *Historicis*, &c.

Sed regeres, necessariane hæc omnia? In studio Linguarum, (scholasticè hîc loqui mihi liceat,) alia *absolutè* necessaria, alia necessaria *secundùm quid*.

Dictionaria in omnibus Linguis absolutè necessaria duo. 1°. *Alterum*, ut è Linguâ extraneâ quâvis, in tuam, aut in Latinam versio fiat. *Alterum*, ut è tuâ, aut Latinâ in extraneam illam quæcumque sit. Ideo nos Dictionaria habemus & *Latino-Gallica*, & *Gallico-Latina*, quod idem in Græcis dicendum propter Scholas. Dictionarium ad versionem à Linguà extraneâ exarandam, quin omnium necessarium maximè, dubium esse potest? hoc igitur primum omnium. Et *secundo loco* poni debet istud alterum, ut è tuâ Linguâ in eandem extraneam vertas.

Sed omittine interea poterunt *Artium* ut *Poëticæ*, ut *Medicinæ*, ut *Architecturæ*, ut *Nauticæ*? Si nullum suppetat hujusmodi, *Geographiæ* imprimis, & *Historiæ*, quin & *Philosophiæ* & *Theologiæ* Dictionarium, nonne in omnibus Libris substantivum pro adjectivo, & vice versâ accipies statim, ac proinde omnia involves? Quod si terminativâ vocabula distincta nullâ fuerint, ut apud Sinas, sentis explicationem multò difficiliorem, & quanta extemplò amphibologia, dubitatioque?

Jam si Linguæ *Sinicæ* naturam introspexeris, in quâ non solùm res illico triplex, 1°. *Character*, 2°. *Characteris nomen*, 3°. *Significatio* Linguis nostris reddenda; sed etiam vocabula & *hominum* & *locorum* significativa omnia, neque etiam in Libris plærisque ulla, quâ distinguantur, *nota*: quàm necesse, tum, cum Authorem quemcumque legis, ad manum invenias Dictionarium aliquod, sive *Historicum*, sive *Geographicum*; oblitusne es Sinâ unicâ Europam comprehendi universam, & Imperium esse idem cunctorum antiquissimum? nomina igitur, & *personarum*, & *locorum* ab omni ævo esse innumerabilia? Et si quis tibi Dictionarium ejusmodi præbeat, ubi nomina, res gestæ, ætas omnium è 22 Familiis *Monarcharum*, tçô laò illustrium, magnorum *Imperatorum*, *Philosophorum*, *Oratorum*, *Poëtarum*, *Historicorum*, *Hæresiarcharum*, seu qui Sectas Philosophicas, aut Theologicas condidêre: nomina *Virginum*, *Viduarum* celebrium, *Geniorum*, *Immortalium*, *Deorum*, *Dearumque*: nomina *Regnorum*, *Provinciarum*, *Urbium* 1. 2. 3. ordinis, *Urbium Bellicarum*, *Arcium*, *Turrium*, *Castellorum*: nomina *Templorum*, *Aularum*, *Palatiorum*, *Collegiorum*, *Statuarum*, *Tumulorum*, *Mausolæorum*: nomina *Montium*, *Collium*, *Cavernarum*: nomina *Marium*, *Fluminum*, *Fluviorum*, *Amnium*, *Lacuum*, *Rivorum*, *Fontium*, *Catarractarum*, eaque methodo duplici, 1°. Juxta ordinem alphabeticum, quoad *Provincias* & *Urbes primarias*, 2°. Juxta *ordinem materiarum*, quo

Urbs

Urbs unaquæque, aut Loca Urbi primariæ ſubjecta, ſed per Dictionarium ex eodem alphabethico ordine diſperſa, cifrarumque ope ad eandem Urbem remittuntur, & adſint utrique ad latus *characteres* Sinici, quos, remoto hoc Dictionario, pro verbis ex contextu explicandis procul dubio ſumeres, ſi quis unquam Dictionarium ejuſmodi tibi tradat, auderes vituperare? Quamobrem, cum de Linguæ Sinicæ Dictionariis, idem tibi, quod de Dictionariis cæterarum judicium eſſe debeat generatim, & alia etiam nonnulla, propter Linguæ Sinicæ differentiam, requirantur Dictionaria, aliunde verò, generum iſtorum omnium apud Sinas reperiantur; ex quonam, obſecrò, fonte derivari queunt querelæ ejuſmodi nimium injuſtæ? Profectò, nonniſi ex ſummâ rerum ignorantiâ, & temerariâ quâdam loquendi præcipitantiâ proficiſcuntur: Fiat delectus ad ea imprimenda, ſint primùm duo, alterum per *claves*, & per *tonos* alterum, nonne omnino neceſſaria? Tum ſequantur Latino-Sinicum, poſtea Geographico-Hiſtoricum, &c. ſed utiliſſima omnia quis neget? quis itidem præter me, operibus tam laborioſis manum unquam admoviſſet?

Atque hæc ſufficiant, de iis, quæ Meditationes Sinicæ commemorarunt, Dictionariis, ſed ex iiſdem, primò loco elaboratis, naturâ ipſâ duce, egrediebatur *Grammatica*. Et quò pleniorem totius hujus operis cognitionem tradamus tibi, age Lector, ejus illius, quæ primùm à me gallicè conſcripta eſt, Grammaticæ Sinicæ adumbrationem oculis offeram tuis. Hæc, ut dixi, quam nunc impreſſam vides, non niſi pars ejus tertia; aliæ partes duæ in Præfationem Meditationum Sinicarum *prima*; in Librum ipſum, *ſecunda*, transfuſæ ſunt & maximè abbreviatæ. Unde verò ſi neceſſariæ? quod tunc amplitudine ſuâ Doctis terrori cuidam primâ fronte eſſe potuiſſet, id nunc Studiis Sinicis quodammodo aſſueti, multò ſunt audituri patientius.

Diviſa ergo erat Grammatica Sinica gallica in Libros tres.

1. De iis eſt, qui in Sinam & in Sinicam Linguam ſcripſêre, Europæis, & de ipſo Sinâ Hoamgio.

2. Varia Sinarum ad nos perlata opera enumerat, & characterum lectionem, ſive ex Dictionariis *tonicis*, ſive ex Dictionariis *per claves* explicat.

3. (Qui propriè Grammatica, & hic in quinque Libros diſtribuitur.) Præcepta omnia neceſſaria tradit de omnibus Orationis Sinicæ partibus, de *Syntaxi*, de *Cyclis*, &c.

Et in unoquoque Capite reperiuntur duo, 1°. *Textus*, 2°. *Notæ*.

1°. *Textus*, qui unà cum litteris *a*, *b*, *c*, *d*, ad notas infra poſitas remittat.

2°. *Notæ*, ſed eæ, quæ materiam quamcumque criticè diſcutiant, & Diſſertationum inſtar juſtarum.

Quamobrem in *primo* characteres Sinici apparent pauci, quia Hiſtoricus ferè totus.

In *ſecundo*, non ſolùm Librorum Bibliothecæ Regiæ Sinicorum complurium Sinicè traduntur tituli (nondum de imprimendo Bibliothecæ Regiæ Catalogo agebatur), ſed etiam, cum Linguæ Mandarinicæ inſit, *legendi* & *intelligendi* ars tota, tum ex pīn çù ciēn, tum ex chím çù túm, id eſt, per *tonos* & per *claves*, id omne fieri aliter non

potuit, quàm additis ubique *characteribus* ad *pronuntiationem* & *tonos*, cùm de Dictionario *tonico*: ad claves, earumque *pronuntiationem* & *significationes* & *usum*, cùm de Dictionario *clavium*.

In *tertio*, adsunt *Nomina*, *Pronomina*, *Verba*, *Particulæ*, *Syntaxis*, *Phrases Cæremoniales*, *Exercitatio Grammatica*, *Cycli*, & in his omnibus unaquæque vox, *latinè* primùm, deinde *Sinicè Latinis Litteris*, postea *charactere* ipso *Sinico*, ita ut, quicumque attentè legisset, Authores Sinicos, Dictionariorum ope, cum impressa à nobis fuissent priora duo, nullo negotio lecturus esset & intellecturus.

Sed hîc nobis hærendum paulisper, Grammatica hæc mea illa est quæ Gallicè primùm conscripta, Bibliothecæ Regiæ deposita est, & Bibliothecæ Regiæ typo ubique annotata, quis ejus *illius depositionis* historiam nunc ignorat? deinde eam in Linguam Latinam transtuli, & ex Libro *primo*, ut dixi, abbreviato exurrexit *Præfatio* Meditationum Sinicarum; ex *secundo* item decurtato *Meditationes* ipsæ; *tertius* in quinque Libros divisus, eos ipsos, quos nunc damus.

Sed interea *primi* & *secundi* Libri Gallici Dissertationes integræ lectæ in Academiâ, pretii visæ sunt nonnullius; & cur hîc tacerem, ab amicis, doctissimis viris, rogatum me, ne eas hîc omninò traderem oblivioni, atque ut saltem per titulos & summa capita commemorarem; evenire quoque id potest, ut Meditationes nostras non possideant omnes ii, quorum in manus incidet Grammatica, majori, ut vides, parte dislocata. Quam ob causam, Libri etiam Gallici accipe, & do lubens, Capita, & Articulos generatim.

LIBRI PRIMI.

Cap. 1. Est 1°. *in Textu*, Sinas Antiquis non incognitos, præsertim Geographis, sed de ipsis tamen neminem quemquam accuratè & exactè locutum.

2°. *In Notis.* Adducuntur loca *Quinti Curtii*, *Ausonii*, *Ammiani Marcellini*, *Arriani*, *Strabonis* de *Seribus*, *Ptolemæi* de *Thinis*, *Plinii*, *Senecæ*, *Virgilii*, *Eusebii*, *Irenæi*, Viatorum Arabum à *Renaudoto* editorum, Liturgiarum *Nestorianarum*, Medicorum quorumdam *Arabum*; *Marci Pauli.*

Cap. 2. 1°. *In Textu.* Litteraturam Sinicam Orientalibus, Persis & Arabibus notiorem esse debuisse, & reverâ fuisse.

2°. *In Notis.* Dissertationes sunt, 1°. De rebus quibusdam apud *Viatores Arabes* memoratis. 2°. De iis, quas inde intulit *Renaudotus*, conclusionibus. 3°. De Sinarum scientiis, & *Renaudoti* hallucinatione. 4°. De *Fagfûre*, Sinarum Imperatore, apud Arabes, ac vasis *Fagfurinis*. 5°. De Abdallæ *Altounkhane*, & Montibus *Kin*. 6°. De *Ginguiskhane*, *Octaikhane*, *Cublaikhane*. 7°. De *Abulfedæ Tamgage*. 8°. De *Baghun*, & de *Maghoun*. 9°. De iis, quæ apud *Gravium* de Epochis celebrioribus. 10°. De Dignitatum quarumdam nominibus, *Mullero* ignotis. 11°. De monosyllabo *xi*, quibusdam nominibus Imperatoriis, apud Sinarum Annalistas addito. 12°. De variis Sinarum nominibus *Gin ulh chin*, *Magin*, *Catai*, *Caracatai*. 13°. De *Confucio*.

Cap. 3. 1°. *In textu.* De iis, quï ultimis Imperii Romani aut Græci

temporibus, aut loquuti ſunt, aut loqui poterant de Litteraturâ Sinicâ, & quod eâ de re narrarunt, id nihil aut parum prodeſſe, etiam quoad *Narrationes Hiſtoricas.*

2°. *Notæ* agunt, 1°. De *Marco Paulo*, & iis, quibus ſcatent Editiones ejus plæræque, mendis & hallucinationibus; quales *Suchui* pro *Sucheu*, *Acchin* pro *Octai*, *Monguth* pro *Mungaca.* 2°. De *Scythis* juxta *Herodotum*, *Ptolemæum*, *Strabonem*, *Plinium*, *Stephanum Bizantinum.* 3°. De Tartarorum ſtatu, cum ad eos acceſſit *Mandavillæus.* 4°. De ſtatu *Mogôlum*, eorumque Tribubus, juxta *Arabſcha* & cæteros Arabes. 5°. De Linguæ *Mogolicæ*, juxta *Thevenotum*, naturâ. 6°. Quid interſit *Mogoles* inter & *Mongales.* 7°. De illis quatuor Linguis, quas commemorat *Marcus Paulus.* 8°. De Provinciarum & Imperatorum Sinicorum nominibus, apud *Marcum Paulum*, apud *Barboſan*, *Herradum*, *Thevetum*, *Scaligerum*, &c. uſurpatis.

Cap. 4. 1°. *Textus.* Qui de Sinâ locuti ſunt, aut Hiſtorias & Relationes conſcripſêre, eos plærosque in characteribus Sinicis addiſcendis difficultatem ineſſe ſummam arbitratos.

2°. *In Notis.* Loca Miſſionariorum omnium proponuntur, *Franciſcanorum*, *Dominicanorum*, *Jeſuitarum*, atque inter hoſce *Gruberi*, *Trigaltii*, *Boymi*, pariter *Semedonis*, *Martinii*, *Cupletii*, *Comtii*, Epiſtolarum annuarum, *des Lettres Edifiantes*, *Spizelii*, &c.

Cap. 5. 1°. *Textus.* De opinione omnino contrariâ *Magalhanis* & *Mulleri*, Linguam Sinicam facillimam eſſe, & quas eâ de re ediderit reſponſiones *Relandus.*

2°. *In Notis.* Afferuntur *Mulleri* Operum ſeptem *Tituli omnes*, ac de iis judicatur. Item diſcutiuntur *Magalhanis* argumenta omnia, & cæterorum Jeſuitarum opponitur aſſertio prorſus contraria.

Cap. 6. 1°. *Textus.* De Diſtinctionibus omnino neceſſariis, ſi quis de Linguâ Sinicâ, ut conſentaneum eſt, loqui velit; eas diſtinctiones ab illis Authoribus non factas, eamque ob cauſam hallucinatos omnes: digreſſio hîc in ejuſdem Linguæ dialectos.

2°. *In Notis.* Diſſertationes quatuor, 1°. De Linguâ Sinicâ, quatenus ore profertur, à nobis, ob id, nuncupatâ *Linguâ vocis.* 2°. De Linguâ univerſali, ab omnibus Doctis hactenus quæſitâ. 3°. De Linguis Sinæ Provincialibus, à Linguâ Mandarinicâ, quæ tamen communis appellatur, omninò diſtinguendis. 4°. De *Kircheri* operibus, Monumento *Siganfuano*, verbis Monumenti peculiaribus, *Cumdam*, *Balch*; & *Mulleri*, & *Renaudoti* in idem Monumentum Annotationibus.

Cap. 7. 1°. *Textus.* De iis Authoribus Eurpæis, qui de Linguæ Sinicæ cognitione ſcripſerunt, de *Kirchero*, *Mullero*, *Renaudoto*, *Mentzelio*, *Relando*, *Hydâ*, *Maſſonio*, quouſque progreſſi omnes; refutantur imprimis *Renaudotus* & *Maſſonius.*

2°. *In Notis.* Diſſertationes, 1°. De illâ *Maſſonii* opinione, Linguam Sinicam Hebrææ Linguæ affinem, quod omnino falſum. 2°. De *Mentzelio*, ejuſque operibus, Imperatorum Sinenſium *Catalogo*, Dictionario *Emmanuelis Dias* edendo, folio quodam in Dictionarium Chím çù túm. 3°. De novis quibuſdam *Kircheri*, *Mulleri*, *Renaudoti*, *Lacroſii* hallucinationibus, *Renaudoti* de *Ye kim*, de Librorum Sinicorum incendio, de Principiis Philoſophicis, Linguâ Sinicâ, ejuſque characteribus. *Mulleri* de Grammaticâ, de *Hai pien*, item

judicia *Hydæ* & *Leibnitii*, *Kircheri*, (enumerantur hîc Libri in Sinâ illustratâ contenti.) *Lacrosii* de eâdem Linguâ Sinicâ, Armenicâ, & Malabaricâ, &c.

Cap. 7. 1°. *Textus.* De *Arcadio Hoamgio* Sinâ, illustr. Episcopi *Rosaliensis Amanuensi*, & *Rosaliensi* ipso clariss. & R R. *de Lionne.*

2°. *In notis.* 1°. De clariss. Abbate *Bignonio.* 2°. De *Hoamgio.* 3°. Refutatur *Simonius*, Etymologiarum Menagianarum Editor, de Dictionario in Bibliothecam Regiam à Jesuitis illato, quod falsum. 4°. *Hoamgii* Prouincia, familia, vita, opera. 5°. Opera eadem quænam. 6°. Ex Regis jussu, auspice clar. *Bignonio*, inspectore me ab anno 1711. 7°. Sed morte præmaturâ, cum vix cæpta essent anno 1716. abreptum.

CONCLVSIO.

Linguam Sinicam Mandarinicam, neque ab aliis vel tentatam; & cum *Hoamgio* quodammodo sepultam; sed à nobis vitâ novâ, atque inexspectatâ donari.

LIBER SECVNDVS.

Ubi de diversis modis, quibus ad Linguæ Sinicæ Mandarinicæ lectionem & intelligentiam perveniri potest.

Capitum est itidem 7.

1. *Cap.* 1°. *Textus.* Litteraturam Sinicæ Gentis per se eam esse, quæ Doctorum omnium ingenia exercere digna sit, & Latinâ & Græcâ multò major & excellentior haberi possit, quod ex eorum, qui in Bibliothecâ Regiâ nunc inveniuntur, vel solorum, mentione, manifestum esse demonstro.

2°. *In Notis.* Est præcipuorum enumeratio, brevis licèt. 1°. Sacrorum. 2°. Classicorum. 3°. Commentariorum. 4°. Annalium. 5°. Geographicorum. 6°. Philosophicorum. 7°. Medicinalium. 8°. Grammaticorum; unde quod volebam, omnino concluditur.

2. *Cap.* 1°. *Textus.* Conspectus Operis nostri totius est. Hinc *Dictionariorum variorum* sex, & aliorum quorumdam *tractatuum* ad Linguæ Sinicæ intelligentiam necessariorum. Illinc *Delineationis* & *Sculptionis* characterum Linguæ totius, ad numerum 120000, & illius, quem in *Delineatione* & *Sculptione* sequimur, ordinis.

2°. *In Notis.* 1°. Exponitur *Monosyllaborum* natura. 2°. *Dictionariorum* Sinicorum speciem necessariò esse multiplicem. 3°. *Comtii* Tabula reprobatur. 4°. De *Tonis* differitur. 5°. Monstratur eorumdem Monosyllaborum simul & Characterum *analogia.* 6°. Explicatur idea & forma variorum à nobis elaboratorum *Dictionariorum*, unà cum uniuscujusque exemplis. (Dictionaria illa in *Meditationibus Sinicis* ultimo Capite enumerata,) & characteres ita sculpti, ut *Lutetiæ* æque ac *Pekimi*, imo facilius *Lutetiæ* quàm *Pekimi* Liber quicumque possit imprimi.

3. *Cap.* 1°. *Textus.* Præliminaria quædam ad characterum Sinicorum lectionem, ac *primò* de Sinarum consonantibus aut consonis.

2°. *In Notis.* 1°. Repetitur Linguæ *Mandarinicæ* & *characteristicæ* à

à dialectis differentia. 2°. Datur divisio characterum antiquorum ac recentiorum, ordinariorum in impressione, & in scripturâ neglectorum. Et eò loci, de characteribus *Japonensibus*, *Tunquinensibus*, *Tartaris Thebethanis*, *Tartaris Mouantcheanis*. 3°. Examinatur ordo Monosyllaborum Dictionarii tonici pîn çù ćiēn, & *consonæ* ab Authoribus, eorum, quæ per claves sunt, Dictionariorum usitatæ.

4. *Cap.* 1°. *Textus.* Tabulæ hîc traduntur duæ, in quibus pronuntiationes monosyllaborum Sinicorum omnes, & quoad *consonas*, & quoad *vocales*, & quoad *consonarum* unà cum *vocalibus* conjunctionem, unde existunt syllabæ: *consonis* autem & *vocalibus* cùm per characterem hieroglyphicum carere debeant Sinæ, suppostitiis uti necesse: qui ex Magistrorum conventione adhibiti: characteres ii indicantur, licèt à Missionariis hactenus ignoratos esse compertum sit.

2°. *In Notis.* In primâ Tabulâ sunt divisio *Consonarum*, & divisio *vocalium* absolutè separatarum, idque Latinis litteris, & novo quodam ordine. In secundâ *Monosyllaba Sinica* omnia, ita ut memoriæ mandari nullo negotio possint.

5. *Cap.* 1°. *Textus.* Animadversiones quædam singulares in Monosyllaba Sinica, & in easdem *vocales*, quales à Doctoribus Sinis datæ: *Alphabetha* in Europam hactenus allata, inutilia & falsa demonstrantur. Tonorum τῶν xím & τῶν çiē cognitio, Dictionariorum Sinicorum ordo genericus. In iis characterum, quæ sunt per claves, Dictionariis, & ad eam rem Indices 4. eorumque explicatio.

2°. *In Notis.* 1°. Traditur *diphthongorum*, *triphthongorum*, &c. natura. 2°. Monosyllaba quædam ab hoc numero physicè excipiuntur. 3°. Tractatur de consonis kīm, aut *levibus*, & ćhûm, aut *aspiratis*. 4°. *Alphabethum* quoddam à Missionariis quibusdam in Europam transmissum, falsum. 5°. Aliud ab importunis quibusdam & malè curiosis, ab *Hoamgio* extortum, etiam nihili. 6°. *Toni*, denominatio *tonorum*, eorumdem characteres. 7°. Tabulæ quatuor: in primâ *vocalium*, ordines 12. juxta *Pekimenses*. In secundâ, *vocalium* earumdem collectio, unà cum 36 *consonis*. In tertiâ *vocales* pauciores juxta *Nankimenses*. In quartâ, earumdem unà cum *consonis* junctio. 8°. Animadversiones quædam de earum Tabularum usu, & nova quædam *Nostra* minus composita, è quâ utilitas omnino eadem.

6. *Cap.* 1°. *Textus.* Comparatis inter se Dictionariis, lectionem hieroglyphorum Sinicorum, ex eo quod, per *tonos* est, Dictionario, faciliorem esse, quam ex Dictionario *clavium*, & *Ars* exposita per partes.

2°. *In Notis.* Divisio ejus, quod per *tonos* est, Dictionarii, à *p.* 412. ad 440. 1°. Characteres, quibus indicatur pars unaquæque generatim. 2°. Characteres, queis sectiones singulæ: Artis causâ, alii *Præfecti*, alii *Antesignani*, alii *Milites* appellantur. 3°. Tabulæ 20, eæque juxta tomorum & sectionum ordinem. 4°. In his titulis characterum omnino omnium reperitur pronuntiatio, 1. *Præfecti*, is enim est qui sectionem omnem ducit & sectionis tonum indigitat, & nomen ejus est Sinicè, charactere Sinico & Latinè. 2. *Antesignanorum*, litteris tantum latinis, & paginâ notatâ. 3. *Militum*, sub *Antesignanis* intelliguntur *Milites*, & sic characterum seu hieroglyphicorum omnino omnium habes & *nomina* & *tonos*, ita ut si quod vocabulum Sinicum, etiam latinè scriptum, tono annotatum, in Libro quovis

d

repereris, ſtatim & abſque ullâ difficultate, ejus in hoc Dictionario *locum*, & proinde *characterem Sinicum* invenire etiam poſſis; quod ſi *toni* nota abſens fuerit, res paulo quidem difficilior; ſed tamen, lectâ ſectione totâ, invenietur. 5°. Poſt Tabulas iſtas 20, additur à me una 21ª, quæ 20 eaſdem breviter & uno quodam conſpectu præbeat.

7. *Cap.* 1°. *Textus.* De *Tribunalibus* (ſic enim vocant Sinæ eos characteres, quos *clavium* nomine donavimus) *Ars* harum admirabilis, *ordo*, *numerus*, *uſus*, ad quærendos *characteres*, quod fit per linearum numerum.

2°. *In Notis.* 1°. Datur character *pú Tribunal.* 2°. *αναλυσις* ejus, quod per claves eſt, Dictionarii, id eſt, partium ejus 12, characteribus ſuis hîc indicatarum. 3°. quot in unâquâque parte, *Tribunalia* ſeu *Claves.* 4°. *Tribunalia* omnia, ſeu *Claves* omnes, numero 214, ſub quibus entia omnia comprehenſa: earum *numerus*, *character*, *locus*, *pronuntiatio*, *ſignificatio*, à *pag.* 450, uſque ad *pag.* 491. 5°. *Uſus* earumdem, & quomodo unuſquiſque etiam implicatus, ad *clavem* ſuam revocetur.

LIBER TERTIUS.

De variis Orationis partibus, id eſt, Nominibus, Pronominibus, Verbis, Particulis, Syntaxi, Numeratione *per* Cyclos. *Præcedit* Præfatio, *& ſuccedit* Exercitatio Grammatica.

Proæmium, in quo, etſi vocabula omnia monoſyllaba ſunt, tamen Grammaticâ opus eſſe, quæ hic etiam diviſa in *Textum* & *Notas*.

Cap. 1. De *Nominibus*, à pag. 525. ad pag. 567.

1°. *In Textu.* Examinatur 1. *qualitas*, ſubſtantivum, adjectivum, abſtractum, diminutivum, &c. frequentativum. 2. *ſpecies*, derivativum, Agentis, Operis, Artis, Profeſſionis, Loci, Temporis. 3. *Forma*, ſimplex, compoſitum. 4. *Genus* maſculinum & femininum. 5. *Numerus*, Singulare, Plurale, Duale. 6. *Caſus*, Nominativus, Genitivus, &c. 7. *Gradus*, Comparativum, Superlativum. 8. *Numerationis*, Cardinale, Ordinale.

2°. *In Notis.* Repetuntur nomina eadem omnia, & Latinè per monoſyllabum ſuum, & Sinicè cum proprio charactere, & Latinè iterum, cum verſione & cifris. Hicque cifræ ſunt 3. *Prima*, quæ textui correſpondeat, *ſecunda*, quæ clavem characteris indicet, & ſub quo linearum numero in Dictionario reperiatur, quod per totam Grammaticam obſervatum. *Tertia*, ut in impreſſione dirigatur *Compoſitor*, & ne unum characterem pro alio accipiat; & ſequuntur Tabulæ Declinationum.

Cap. 2. De *Pronominibus*, à *pag.* 591. ad *pag.* 611.

1°. *In Textu.* 1. *Pronomina* perſonalia, primitiva. 2. *Perſonalia* derivativa, poſſeſſiva. 3. *Demonſtrativa*, proximorum, longinquorum, 4. *Relativa* demonſtrativa. 5. *Relativa* ordinaria. 6. *Relativa* interrogativa. 7. *Relativa* univerſalia. 8. *Relativa* reſtricta.

2°. *In Notis.* Eadem *Pronomina.* 1. Charactere Sinico. 2. Sinicè Litteris Latinis. 3. Cum ſignificatione & cifris ad clavem & numerum linearum ibidem remittentibus. 4. Per Tabulas ad declinationem.

Cap. 3. De *Verbis*, à *pag.* 631. ad *pag.* 656.

1°. *Textus.* 1. Divisio *Verborum* vulgaris. 2. *Verba* esse apud Sinas totidem. 3. In *Conjugatione* explicantur *tempora* & *modi*, in quâ Activum, Passivum & Verba reciproca, eaque per Tabulas. 4. Indicatur, quænam hîc sit in Linguâ vulgari à Doctorum stylo differentia.

2°. *In Notis.* Dantur characteres eorum, quæ in textu comparuêre, Verborum. 1. *Pronuntiatio* Latinis Litteris. 2. *Character* Sinicus. 3. *Clavium* eadem per cifras indicatio. 4. Tabulæ *Conjugationis* totius.

Cap. 3. De *Particulis*. *Textus*, à *pag.* 743. *Notæ*, à *pag.* 743. ad *pag.* 787.

1°. *Textus* divisus in Sectiones tres. *Prima*, de Particulis *vulgaribus*. *Secunda*, de Particulis *numeralibus* & ad elegantiam expletivis. *Tertia*, de *Adverbiis*. Et prima iterum in Articulos sex. *Primus* complectitur Particulas *affirmativas*, *negativas*, *interrogativas*, *conjunctivas*, *conditionales*, *modificativas*, *consensûs*, & *oppositionis*. *Secundus*, *præpositiones* aut *postpositiones* ordinarias, & particulas *loci*. *Tertius*, particulas *temporis*. *Quartus*, particulas *ordinis*. *Quintus*, particulas *quantitatis*. *Sextus*, particulas *sitûs*.

In secundâ Sectione, sunt particulæ *expletivæ augmentativæ*: expletivæ *numerales*, sive ad ornatum, & *insertionis*: & *expletivæ numerales finales*. Tertia Sectio, *Adverbia* continet generis omnis, & quod numero sint maximo, recensentur juxta Alphabethorum nostrorum Litteras.

2°. *In Notis* reperitur quidquid erat in *Textu*. 1. Sinicè Latinis Litteris. 2. Sinicè charactere Sinico. 3. Latinè, id est, cum Latinâ versione. Interim cifræ eædem adsunt, quæ characterem unumquemque ad suam clavem revocent.

Caput 5. De *Syntaxi*, à *pag.* 787. ad *pag.* 817.

1°. *Textus*, in septem Articulos divisus. 1. De constructione *Nominum* inter se. 2. De constructione *Nominis* cum *pronomine*. 3. De constructione *Nominis* & *Pronominis*, unà cum *Verbo*, &c. 4. De constructione *Particularum* cum *Nomine*, *Pronomine* & *Verbo*. 5. De earumdem Dictionum *repetitione*, & variis aliis *figuris*. 6. De urbanitatis Sinicæ singularibus quibusdam phrasibus erga *Parentes*, *Fratres*, *Magistratus*. 7. De *urbanitatis* ejusdem phrasibus in *visitationibus*, in *conviviis*, &c.

2°. *In Notis.* Eadem latius exponuntur, & adduntur *characteres* & *pronuntiationes* characterum. Cifræ ubique characteris clavem & linearum numerum indicantes.

Caput 6. De *numeratione* per cyclos, à *pag.* 845. ad 855.

1°. *Textus.* Divisus est in Art. 7. *Primus*, De *Numeris* simplicibus & cardinalibus. *Secundus*, de *Numeris* ordinalibus. *Tertius*, de numeratione *Sæculorum*. *Quartus*, de numeratione *mensium*. *Quintus*, de numeratione *Hebdomadum*. *Sextus*, de numeratione *Dierum*. *Septimus*, de numeratione *Horarum*.

2°. *In Notis.* Ad unamquamque numerationem adjungitur etiam, 1. *Character* Sinicus, 2. *Monosyllabum* & *Pronuntiatio* Latinis Litteris. 3. *Versio*. 4. Indicatio *Clavium*.

Talis ergo fuit, quoad divisionem, Grammatica mea Sinica, tum cum à me, ex immensis Dictionariis meis, excerpta est & composita.

Commemorabone hoc loco, ut poſt dubitationes & concertationes quaſdam eâ de re ortas de Amici *Premari* Grammaticâ jamjam quaſi auxilium amico ſuo, è Sinâ ipsâ porrecturi, per varias Litteras perlatum ad me ſit? ut per menſes tres & amplius à me depoſita Bibliothecæ Regiæ, permanſerit *Mea*, quouſque è nave adventaſſet *Prémari*, & ſimul unâ ambæ conferrentur; ut collatione, à Clar. V. *Bignonio* & *Claudio Sallerio*, Regio Profeſſore, inſtitutâ, Grammaticæ duæ, illa in Sinâ, hæc in Europâ ſcriptæ, repertæ quoad methodum *diſſimiles*, quoad præcepta & regulas omnino eædem; hâc ſolùm differentiâ, quod *Premariana* ad Rhetoricam potius vergat, quam Grammatica propriè dicta appellari poſſit.

Repetamne, id quod, ſive in fine Grammaticæ ejuſdem in *Gallico manuſcripto*, ſive in *Meditationibus Sinicis*, à *pag.* 135. ad *pag.* 140. invenire poteris, rei eſſe *Teſtimonia* authentica? Verum enim verò Grammaticam utramque adhuc manuſcriptam poſſideo, & judicium de Grammaticâ *Premarianâ* interponere, cuinam unquam conveniet magis quam mihi, hinc amico *Premari*, uſque ad mortem, ſummo: illinc & in his ſtudiis exercitato, & juxta artis criticæ leges, apud Premarum ipſum (nec fieri id inter nos aliter poterat) ſed ſemper cum reverentiâ maximâ tale judicium laturo? id autem judicii cum magni faceret, requiſivit à me ipſo *Premarus*, neque ego, ut homines ingenuos & veritatis amatores decet, Epiſtolâ ad ipſum ideo datâ, diſſimulavi, & cognoſcatur etiam à te, neceſſe eſt, Lector; quid enim hîc quàm Litterarum, & promotionem, & illuſtrationem quærimus? *

PARS TERTIA.

Quale latum à me, ferendumque ſit, de R. P. Premari, *è Societate Jeſu Sacerdotis, Linguæ Sinicæ notitiâ* judicium, *aperitur, idque ex Epiſtolâ à me ad Premarum ipſum ex Europâ in Sinam miſsâ, cujus apud me exemplum remanſit.*

Noſtræ hujus Linguæ Mandarinicæ ardentiſſimus amator fuit R. P. *Premarus*, & dum *vocis Linguam* ſcire Miſſionarii quidam habent ſatis, in characteribus ipſe addiſcendis operam ſuam omnem collocârat, ita ut eâ in re tunc haberetur apud ſuos Princeps.

Anno 1727, ſextili menſe, leucis quidem ter mille diſſiti, ſed eorumdem Studiorum amore pellecti, amicitiam inter nos ſempiternam coieramus; hæc amicitia in dies aucta, ad mortem uſque præclari illius Viri ſemper eadem atque intima perduravit, ſed quàm firma eſſet, quàm arctis ex utrâque parte vinculis conſtricta, ex hoc judicare eſt, quod è Sinâ de meis ipſe, ego ex Galliâ, de ipſius operibus judicium uterque ſuum ſincerum ac liberrimum Pelago committeremus, quale fuit id, quod legas, faciam, eſtque

** NOTA.*

Lettres du Pere de Premare, la premiere du 17. Septembre 1728. adreſſée à Mr. Le Pelletier, Controlleur des Finances. La 2. du 4. Décembre 1728. venuë par un Vaiſſeau Anglois. La 3. du 10. Décembre 1728. adreſſée à Mr. l'Abbé Raguet.

judicium

judicium de *Premari* Grammaticâ κριτικον, ut à me ipse postulârat, è Gallicâ tantummodo in Latinam versum. Ambigo autem nullus, quin, post annotationes hasce meas in sequentibus exemplis *Notitiæ* suæ postea transcriptis, commutanda quædam ipse agnoverit, sed, quid fecerit annis duobus vitæ ultimis, jam infirmus, jam Paralysi tentatus, venerabilis ille ac doctissimus Christi Sacerdos, mihi non compertum.

Epistola ad Premarum, anno 1732 *missa.*

Rogas, mi Pater, quamnam de *Notitiâ* tuâ, κριτικῶς, atque, ut Litteratum decet, attentè lectâ, sententiam tulerim, sincerè scribam tibi : vidisti in *Epistolâ* meâ ad illustrissimum *Bignonium*, quid de eâ universìm consideratâ, dictum à me sit: at per singulas partes, & restrictius quoddam judicium à me etiam invitò postulas; faciam, quoniam lubet tibi, atque ut opera tua à me accuratissimè perpensa cognoscas, quod, non nisi dicto tuo obediens, fuissem unquam executus. Dissectâ quasi per membra sua *Notitiâ* tuâ, generalius tamen, judicium omne meum, qualecumque est, aperiam, summâ, ut petis ipse, ingenuitate, & tanquam essem tibi, ut verbis utar tuis, omninò ignotus. 1° Ergò eam describam omnem per *capita*, ut de *Methodo* in Libris quinque observatâ statuatur facilius. Postea unamquamque partem excutiam quoque; sic ea habiturus es, quæ à me poscis, omnia; at velim etiam, si quid prolatum à me audacius fuerit, ejus, non in me, sed in temetipsum culpa transferatur omnis. Flagitasti enim, & quid tibi amico meo fidissimo, in hâc nostrâ Litteraturâ facilè Principi possem denegare ?

Notitiæ Sinicæ divisio.

Tomi sunt propriè quatuor, sed quintus propter *Introductionem*. *Introductio* igitur est *pag.* 71. Liber Notitiæ primus & secundus, seu Pars prima, per cifras easdem neque interruptas, est *pag.* 322. Tertius & quartus, seu Pars secunda, est *pag.* 332.

Introductio est Cap. 3. 1°. De Libris Sinicis, Art. 3. 2°. De characteribus Sinicis, Art. 2. 3°. Appendix cum Notis quibusdam.

Notitia Linguæ Sinicæ Pars prima, Tomi duo de Linguâ vulgari, & familiari stylo.

Hæc prima pars divisa in tria Capita. Primum Caput à *pag.* 7. ad 35. *De Grammaticâ & Syntaxi Linguæ vulgaris.* Secundum Caput à *pag.* 35. ad 281. *De proprio Linguæ Sinicæ genio*, ubi de multis Particulis, Articuli duo, quorum 1. parag. 13. 2. parag. 28. Tertium Caput à *pag.* 281. ad 322. *De Sinicâ inter loquendum urbanitate.* Art. 1. par. 5.

Pars secunda, Tomi etiam duo. *De Sinicâ Oratione in nobiliori Librorum stylo.* Est Capitum quinque. Primum Caput à *pag.* 3. ad 19. *De Grammaticâ & Syntaxi relativè ad Libros.* Secundum, à *pag.* 19. ad 89. *De Sinicæ Orationis Particulis Tractatus.* Tertium Caput, à *pag.* 89. ad 119. *De diversitate Styli Sinici*, & *de optimo genere scribendi.* Quartum Caput, à *pag.* 120. ad 209. *De figuris Orationis.* Quintum Caput, à *pag.* 209. ad 232. *Elegantium locutionum collectio.*

Quid sentis ipse, Amice mi charissime, de hâc tuâ generali

divisione? profectò minùs Philosophica, unde verò istud? nimirum à vulgari loquendi modo, quod ipse multò meliùs quàm ego, tenes, nihil omnino differt *Doctorum elocutio*, nisi *Syntaxi*, & variarum Orationis partium *collocatione*, eadem prorsus verba, nomina eadem sunt, iidem characteres, elegantia tantummodo major, exquisitior in elocutione vocum delectus. Jam verò hæc omnia, velim, unà mecum resumas.

I°. In *Introductione*.

Usui das ferè omnia, *præceptis* ferè nihil, id verò est, quod dextrâ astruere vis, lævâ destruere; ad quid enim verò postea *Notitia* tua? Item quæ de *loquendi methodo*, pag. 6, 7, 8. non nisi Missionariis in Sinâ actu existentibus utilia: & Libros ex solo usu legant; Author es, & memoriæ mandent totos, puerorum instar, quod *difficile persuasurum* te ipse aliis Missionariis *arbitraris*. Suades tamen *pag*. 8. quod si res ita omnino se habeat, non Grammatica, & labor ipse tuus, meusque, ferè inutiles?

Paginâ eâdem. *Partes* unius *characteris* singulares distinguendæ, id est, *Clavis* aut *Tribunal*, à reliquis characteris partibus; quomodo fiet, mi Pater, si *pû*, id est, claves ignoraverint, queis de tamen, altissimum apud te est silentium? Sed si debet attendi (verba tua ipsamet) *radicales Litteras non parum juvare ad detegendum sensum earum omnium quæ ab ipsis pendent*. *Pag*. 13. cur eas, inquam denuò, sicco pede pertransîsti?

Pag. 14. *Hæc tamen methodus non paucos secum trahit defectus, quos examinare hoc loco tanti non est*, sentio tecum, at examinanda res erat, idque necessariò; examinasti tamen nullibi.

Si verò secundùm Rythmos series Litterarum fiat, alii defectus nascentur. Non nego, sed explicandi fuêre, quod prorsus etiam oblitus es.

Index, quem tertio Capite proferam, potest dare ideam unius Dictionarii, quod Europæis, ni fallor, placeret, & Sinis ipsis forte arrideret. Pace hoc tuâ dicerem, summe Vir, falli te existimo, nec Sinis arrideret, neque hominibus nostris; nam ut cum *Terentio* loquar:

Si tu hîc sis, aliter profectò sentias,

placent *Fabulæ Romanenses*, placent studia leviora, prætereaque nihil: & nisi nostra Rex ipse sustentaret, per Collegium Regium, ac per Academias: jam pridem unà cum Librariorum doctorum, ante duo sæcula mortuorum, vitâ, Litteratura sepulta esset omnis.

Post *Indicem*, *pag*. 66. *Notæ* tuæ de *Pin çu cien*, & *sonorum* Sinicorum *numero*, non omninò veræ, scimus nos, & *characterum*, & *vocabulorum numerum*, idque præcisè cum delineandos sculpendosque omnes, neque unâ vice selegerimus. Sed animadversionem hanc tuam *amplexati sumus*, *cum in quolibet loco sit admodum diversa pronuntiatio, plærique Litterati solent usurpare sonos, quos in suâ Provinciâ vel civitate à puero didicerunt, & si talis sit Sina, qui Missionariorum aliquem docet, nec Linguæ Mandarinicæ sonos bene calleat, ejusmodi Magistrum minus illi profuturum, quàm nocere possit*. Neque omittenda hæc, *inter ipsos Sinas, in aliquibus non convenire*, ita ut multi pronuntient *s* pro *x*, ut apud nos quidam blæsè *des sous* pro *des choux*, quod in omnibus ferè Linguis accidit. Nunc ad *Notitiam* tuam transeundum.

NOTITIA.

Notitia Premari, inquiunt multi, nihil minùs quàm Grammatica; ſi ipſummet in diviſione partium audieris.

1°. *Pars prima*, tom. 1. à n. 1. ad 162.

Primæ *Partis* tria Capita. In 1°. de *Grammaticâ & Syntaxi Linguæ vulgaris* loquar. In 2°. fusè agam *de proprio hujus Linguæ genio*, *qui certis particulis ac figuris ſeſe prodit.* In 3°. ut quæ dicta ſunt, ad praxim reducantur. 1°. *Varios urbanè loquendi modos cum ordine colligam.* 2°. *Aliquot Dialogos vel Hiſtoriolas, humili ſtylo ſcriptas, afferam.*

2°. *Pars* ſecunda, tom. 3. à n. 1. ad 119. tom. 4. à n. 120. ad 232.

Secundæ *Partis* Capita quinque. Primum circa *Grammaticam* & *Syntaxim.* Secundum, Tractatus de *Particulis.* Tertium, de *diverſitate ſtyli, quibus proprius hujus genius dignoſcitur.* Quartum, *explicabit varias figuras, tam verborum, quam ſententiarum.* Quintum, *varias locutiones ex elegantioribus colliget.*

Diſputant ergo, mi Pater, Grammaticam tuam totam, & ex *Methodi virtute*, duobus Libris prioribus contineri debuiſſe, & duos Libros poſteriores, nonniſi priorum haberi *repetitionem* poſſe; *plus & minus*, aiunt, *eſſentiam rerum non mutant*, & reverâ exacta ad amuſſim non eſt *Methodus* tua. Excuſavi ego, quantum in me fuit, ſed oleum perdidi, & id à te peccatum, ex variis tuis conſiliis, prætexi, 1°. materiem quidem totam tuam, Libris ſolummodo duobus à te comprehenſam, 2°. nimiâ rerum & exemplorum abundantiâ cumulatum te, illuc tandem veniſſe, ut aliò, id eſt, ad duos poſteriores Libros, cætera, quippe quæ etiam aliquatenus nova & curioſa, contribueres; quâ de re, exemplum ipſum *Notitiæ* tuæ ad me miſſum, teſtis eſſe loco poſſet. Diviſionem enim tunc, cum ad me deſtinaſti, nondum apud te fixam omnino fuiſſe, ex cifris & Librorum 2 & 4 fine, id verò conſtare evidenter. Excuſationem ejuſmodi regerunt non ſatis idoneam: ut ut ſit.

In Primâ Parte.

1°. *Caput primum* eſt pag. 7. & quidquid de *Nominibus*, de *Pronominibus*, de *Verbis*, de reliquis *Orationis* partibus dicendum habes, tranſigis paragraphis 4. *Nomina* à pag. 9. ad 15. *Pronomina* à 15. ad 21. *Verba* à 23. ad 26. Reliquæ *Orationis* partes à 26. ad 35.

Secundum Caput eſt in *Articulos* diviſum tres. *Art.* 1. à pag. 35. ad 186. *de uſu aliquot Litterarum*, quæ 15. 1. tĕ. 2. pà. 3. tà. 4. yĕ. 5. laî & kiú. 6. taó. 7. kién. 8. sīn. 9. kí. 10. keú. 11. xeù. 12. tá. 13. haò. 14. tái. 15. kàn. *Art.* 2. à pag. 107. ad 219. De *Particulis in ſermone adhiberi ſolitis.* 1°. *Negativis* 15. 1. mŏ. 2. poŭ (pŭ pú.) 3. hieū. 4. piĕ. 5. mo *aliô.* 6. voū (vū.) 7. voŭ (vŭ.) 8. voû (vû.) 9. foĕ. 10. feù. 11. fì. 12. mì. 13. vàn. 14. vàm. 15. *pag.* 107. ad 113. 2°. *Augmentativis* 10. 1. taí. 2. tĕ. 3. xín. kiĕ. 5. tſue (cive.) 6. tſui. (çui) 7. haò. 8. xĕ, fuēn. 9. pŏ, kō. 10. xa. à *pag.* 113. ad 122.

3°. *Diminutivis*, quæ 5. 1. chi cum xi, pá, tĕ, kuàn, & ſolo. 2. chì alio charactere. 3. tán. 4. tān alio charactere. 5. ſiē, ſub quo mŏ ſiĕ. à *pag.* 122. ad 134.

4°. *Initialibus*, quæ 5. 1. pì. 2. yá. hō, yà. 4. vŏ. 5. vŏ tiĕ. à *pag.* 134. ad 137.

5°. *Finalibus*, quæ 5. 1. hō. 2. lì. 3. nî. 4. pō. 5. nà. à *pag.* 137. ad 139. Sequuntur alii Paragraphi ad numerum 25.

6°. De *Particulis* ell (ulh) à pag. 139, ad 143. 7°. De *partic.* yè & ŷ vel yĕ, à pag. 143. ad 155. 8°. De *partic.* yeù *illicò*, *absolutè*, pag. 155-162. 9°. De *partic.* tſiou (cieú) pag. 162. 10°. De *partic.* kiŏ *profectò*, pag. 167. 11. De *partic.* chŏ *tandem, demùm*, pag. 172. 12°. De *partic.* taò & chuèn *tandem*, *au bout du compte*, p. 176. 13°. De *partic.* kiaó, *quomodo?* p. 186. 14. De *partic.* kŏ, *posse*, p. 190. 15°. De *partic.* hoân, *adhuc*, p. 193. 16°. De *partic.* tsĕ & tſiè, Imper. nota, (cĕ & ciĕ) p. 197. 17°. De *partic.* leaò & kuō, præter. not. p. 200. 18°. De *partic.* yù & ŭ, Dativi not. ac præpoſ. *pro*, pag. 204. 19°. De *partic.* pién, *licet*, p. 206. 20. De *partic.* liên, *adde*, p. 208. 21. De *partic.* kém, *magis*, & toū, (tū) *univerſim*, p. 209. 22°. De *partic.* fāng, (fām) *tunc*, & fēm, *obſiſtere*, p. 212. 23°. De *partic.* puōn, puan, pán, *modus*, *façon*, p. 214. 24°. De *partic.* çaí & çaî, *tandem*, *poſtea tandem*, p. 216. 25°. De *partic.* naí, *diutiùs*, & naì, *certè*, p. 219.

Artic. 3. de *Figuris.* Parag. 1. de *repetitione*, p. 219-239. Parag. 2. de *antitheſi*, p. 239-245. Parag. 3. de *interrogatione*, p. 245-258. Parag. 4. *Collectio Proverbiorum*, p. 258-280.

Cap. 3. *de Sinicâ urbanitate*, paragraphis 8. 1. De *ego* & *meus*, pag. 282. 2. De *tu* & *tuus*, p. 287. 3. De tſim (çim) & kàn, p. 291. 4. De kiao & ming, p. 293. 5. De *viſitationibus*, p. 296. 6. De *Munuſculis*, pag. 305. 7. De *conviviis*, p. 310. 8. *Collectio variarum urbanitatum*, pag. 316.

Atque hæc eſt *Notitiæ* tuæ prima pars, tomis duobus, & veriſimile eſt, tuum hîc opus ab initio perfectum: nam ſi partem alteram aliis licet tomis etiam duobus, ad Grammaticam pertinere dixeris, fatendum, erit, eſtque repetitio rerum earumdem, ſaltem partem maximam? nonne tomus tertius totus eſt, in primo capite de *Grammaticâ* item & *Syntaxi*, ſicut primæ Partis Caput primum. In ſecundo, de *Particulis Tractatus*, ſicut primæ Partis Caput ſecundum. In tertio, de *diverſitate ſtyli Sinici*, & de *optimo genere ſcribendi*, quâ de re itidem jam fusè actum erat, primæ Partis tomo ſecundo, à pag. 219. ad 258. ubi de *repetitione*, *antitheſi*, *interrogatione.* Sic Partis ſecundæ pag. 122. de *antitheſi*, pag. 131. de *repetitione*, pag. 140. de *interrogationibus*, additur neſcio quid de *gradatione*, pag. 137. de *deſcriptione*, pag. 144. & Articulo 7. pag. 155. titulus eſt, *Exponuntur triginta modi, quibus variatur ſtylus Sinicus*, ſed mera quoque, dicetur tibi, & inutilis repetitio eſt, ut ex iis, quibus indicantur, Particulis conſtat, quæ præceſſêre; ſunt autem ita notatæ abſque ullo tono. 1 hoe, 2 ye, 3 che, 4 chi, 5 te chi, 6 guei chi, 7 chi guei, 8 y, 9 o y, 10 pu y, 11 chî y, 12 ko, 13 ko y, 14 guei, 15 pi, 16 vu (vou), 17 mo, ta, hu, 18 ulh, 19 ulh pu, 20 ki, 21 te ki, 22 hi, 23 hi, *al. char.* 24 hi, *al. char.* 25 guei cham, 26 yue, 27 yeu, 28 yu, xi, hu, 29 gen, 30 yen. Et iſtæ eædem omnino 2. *Partis* 2. *tom.* 3. *Part.* 2. *tom.* 4. Reſtant, mî Pater, hîc, id eſt, tom. 4. pag. 167. de *Deo & attributis Divinis generalis diſcurſus tuus*, & Articulus 7. de *omnibus ſpeciebus comparationis*: videlicet 1. de *ſimplici comparatione* quæ aut ab hominibus, aut à rebus adducitur. 2. de *pi yu*, quæ è *toto aliquo contextu electa.* 3. de *Metaphorâ*, quæ apud Sinas *kia tſe* (*kia cie*). 4. de *yu yen*, quo indicantur, non *nuda comparatio* aut *metaphora*, ſed *parabolæ*, *ſymbola*, *apologi*, & *ænigmata*, & *Fabulæ*; denique *collectio phraſium* 1 *unius*, 2 *duarum Litterarum*, 3 *trium Litterarum*, 4 *ſelectiores phraſes*

phraſes quatuor Litterarum, & definis in hoc titulo, *ſelectiores phraſes quinque Litterarum*, quarum tamen nullam affers; unde Liber tuus non perfectus, niſi eum in aliis Exemplaribus ad umbilicum perduxeris.

Talis eſt hæc illa tua Linguæ Sinicæ *Notitia*. Opus certè, mî Pater, phraſeologiæ, atque etiam eruditionis Sinicæ plenum, opus meâ quidem ſententiâ pretii cujuſvis, ut alibi dixi; ſed Rhetoribus id quàm Grammaticis, ac Linguam Sinicam docendis, utilius eſſe ipſe confitêbere.

Addunt Docti quidam, ἀμεθοδευτον eſſe, *notarum* potius, quàm doctrinæ continentis: mancum quoque, non quod non finitum fuerit, erui enim è quovis Libro Sinico phraſes poſſunt 2. 3. 4. 5. 6. 7. &c. Litterarum ſeu characterum; ſed quod, tomo 2. ultimâ parte, quæ tamen maximè neceſſaria, & primò ediſcenda: quod, tomo 3 & 4 totis, *tonorum* appoſitione careat. Illîc enimverò ejuſmodi tonos non amplius adhibendos putaſti, quod non amplius Tirones, ſed jam Doctos alloquaris? id non debuiſſe te, etiam contendunt, nec ſine cauſâ admodum probabili, num characteres omnino omnes præcedentibus tomis uſurpatos putas? Neque id quoque fuiſſet ſatis, cur enim, ſi quis *tonus* è memoriâ exciderit, ad priores tomos, ad hanc vel illam, cujus oblitus fuero, paginam recurrendum mihi? Cur, ſi Dictionario utendum, v. g. *tonico*, pro ſectione hâc vel illâ, in quâ eſſe character quærendus debet, ſectiones omnes, aut ſaltem complures pervagari cogar, atque adeo multas horas abſque ullâ utilitate, & cum ſummo tædio abſumere? Animadverſiones has omnes, & meas, & aliorum doctorum hominum, ad te ſcribo, mî Reverende Pater, ut tu ipſe poſtulaſti, unde benignè, quomodo promiſiſti, accipiendæ tibi.

Sunt præterea quædam in quibus nimium immoratus eſſe videri poſſes. Nam 1°. quò inquiunt, Particulæ ejuſdem, in exemplis viginti aut triginta eadem, abſque regulæ ullius αὐξήσει, facta vigeſies aut trigeſies accumulatio? in his peccaſſe te prætendunt.

2°. Sunt *phraſes* quædam, quas exiſtimant inutiles, quia Gentium aut omnium, aut ferè plærarumque; apud Latinos, nonne κοῖνα, *manus*, *os oris*, *ſpiritus*? apud Gallos, *main*, *bouche*, *air*, *une main de papier*, *la bouche d'un four*, *un air de fureur*; itidem *un cœur de roche*, *le cœur d'un Royaume*, In *Verbis* apud Homerum ἐν δ' ἰέναι, Gallicè, *il vient de venir*; ſic ubique terrarum verba auxiliaria ſunt, *facere*, *fieri*, *debere*, *oportere*, *audere*, *tenere*, *ire*, & multa ejuſmodi.

De his, ſi ſemel tantum Lectorem breviter moneat *Grammaticus*, ſatis eſt ſuperque, & exempla afferenda ipſi pauca, cætera è Dictionariis petamus neceſſe eſt, ita ergo arguunt: quidquid *Premarus* habet de sīn *cor*, de k'eù *os*, de xeù *manus*, de k'ì *aere*, *ſpiritu*, etiam de haò *bonus* aut *bona*, etiam de laî *ire*, de kiū *egredi*, de tá *percutere*, de kién *videre* aut *videri*, de taí *expectare* aut *tractare*, de xǎ *occidere*, sù *mori*, de kàn *audere*, & ſimilibus *Verbis* aut *Particulis*, ſi à rerum aut potius cogitationum humanarum conſuetudine abſcedat; curioſè obſervet, concedimus, ſin minùs, notare ſupervacaneum eſt; quod abundat, reſpondi ego, vitiatne? Sed brevitati conſultum vellent, in quo nondum illis aſſentior.

3°. Non rarò ipſe incertus es, propter ambiguitatem; hinc, tomo 2. pag. 101. *forte ſignificat*, &c. & 102. *ſi quis dicat*, *quod ſignificet* &c. *non repugnabo*. Atque id accidit tibi, & accidere debebat, ſed vitupe- rant: at hâc in re ἀμυστί mihi, non ſolùm in Sinicâ, ſed in quâvis Linguâ, nonne id uſu venit ſæpius? Abſit igitur, ut in *Premaro* amico meo & doctiſſimo viro, reprehendatur: rei potius ejuſdem ne obliviſcatur Lector unquam; quot in noſtris ipſis Authoribus Gallicis, quot in Latinis, ſive Poëtis, ſive etiam Oratoribus dubia?

4°. Inſtant, *ſpiritu* & *pronuntiatione* mutantur phraſeôn *ſignifi- cationes*, & vanæ ſunt illîc animadverſiones Grammaticæ, ſic laî, pŏ laî, *venire non venire*, *venit non venit*, pendet omnino ejuſmodi phraſis à ſpiritu, aut pronuntiandi modo, aut ſenſu; à nobis puncto interrogante confeſtim definitur, apud Orientales & Sinas non item, ſed interrogationem, numquis eſt, qui non videat? *venire non venire*? *venez-vous*, ou *ne venez-vous pas*? *vient-il*, ou *ne vient-il pas*? Simi- libus quibuſdam obſervationibus redundat Premari Grammatica.

5°. Non rarò, addunt, aperit ſenſum *Philoſophia* ipſa & *ratiocina- tio*, & Regulæ Grammaticæ tunc inutiles quoque: apud Sinas nomen & verbum in uno eodemque monoſyllabo reperitur, ſi ergo tién aut tí in Phyſicis aut Metaphyſicis bis occurrat, numquid hîc cuiquam erit cognitu difficile? philoſophicè erit, *conſtituere cælum in ratione cæli*, *loqui de terrâ*, *quatenus terra eſt*. Multa ejuſmodi in Grammaticis plærіſque rerum omnino ſuperfluarum farrago, quæ, ſi ipſis credas, à Grammaticâ tuâ, abſque ullo detrimento abfuiſſent. Sed reſpon- deo ego, adeſſe ejuſmodi annotationes, rectum etiam; quia in men- tem omnium fortaſſe non venirent.

6°. Cæterùm, *Notitiæ* tom. 4. pag. 209. verba hæc profers: *Gram- maticus Sina, quem hîc ſequor*. Unumne habuit Grammaticum *Premarus*? Miſſionariorum antiquorum non habebas methodos? Sine ullâ me- thodo Jeſuitas, tam doctos viros, tandiu fuiſſe, quis eſt, qui arbitre- tur? *Methodum*, ut veriſimile eſt, *Riccius*, *methodum Trigaltius*, *me- thodum*, certè, ut ipſe tradit *Magalhanes*, & alii profectò multi concinnarunt, quæ è Sinâ non egreſſæ. Uno te Grammatico apud Sinas uſum dicis. In Sinâ *Grammaticis*, *Dictionariis* vos carere credi- bile eſt? De Authore ergo Sinâ, & in *Notitiâ* tuâ, & primùm in quibuſdam tuis ad me (*a*) Litteris, id habes. Libris ergo Cantone exules carebatis omnibus? Et quî unus ille Grammaticus Sinenſis, cùm ſint in omnibus Provinciis Collegia tot, cum in his omnibus, quæ ad Grammaticam, & partes Litteraturæ omnes ſpectant, tra- dantur accuratè? & ſicut es ſub Grammaticæ meæ finem tuiſmet oculis ipſe viſurus, *Authores de Grammaticâ & characteribus*, &c. appellet Author chím çû ſúm numero 138.

Atque hæc ſunt, mi Pater, quæ ut à me tibi exponerentur, ipſe

(*a*) Vous êtes toujours d'avis qu'il faut citer, je le ferai tant que je pourrai, mais je vous dirai que les Chinois n'ont point cet uſage. Ils ſont moins difficiles que nous, de plus Confucius étoit encore bien moins ſcrupuleux que S. Cyprien, il ſe contentoit de voir que le paſſage des *kings* ſignifiât ce qu'il vouloit dire. Les Chinois appellent cela *couper le texte*, & *prendre le ſens*. Ils louent fort cette ma- niere. Je ne m'en ſuis cependant jamais ſervi, lorſque j'ai écrit en Chinois. Adieu mon très-cher ami, ſongez bien que je ſuis tout à vous, *de Premare, le même jour* 30 *Août* 1731.

etiam atque etiam popoſciſti, quæque in bonam partem, tanquam juſſu tuo conſcripta, velim, omnino legas. Addam tamen, ſi placet, etiamſi ego, quanti Libros de Linguis & Scientiis maximè pretioſos, tanti *Notitiam* tuam Sinicam facio, & ſemper facturus ſum, tamen ex opinione etiam meâ, à te, in mediâ Sinâ poſito, neglecta plurima, quæ in Europâ ad doctrinam nobis omninò neceſſaria.

Rogabis quænam? 1°. Quanquam non ſemper appellandos Authores putem, ea res à te negligitur nimis, v. g. quæ de yĕ kīm ſæpe attuliſti mihi, in iis omnibus, cum ad Religionem ſpectent, non ſolùm verba aut characteres Sinici afferantur volo, ſed etiam & *Liber*, & *Sectio*, & *Caput*: in *Grammiticis* non eſt neceſſe tum, cum phraſes & dictiones *ordinis* ſunt *vulgaris*: at ſi quid eſt novi, ſi quid contra Syntaxim conſuetum, contra communes ſignificationes, ſi quis character alio & alio modo ſcriptus, tunc meâ quidem ſententiâ itidem citandus *Author*, & *Liber*, & *Caput*.

2° *τά* pú, *Tribunalia* ſeu *Claves*.

3°. *Lectio characterum*. Leguntur quidem apud te characteres magno numero, ſed neque id ſatis, *artem legendi* das nullam. Et qui in *introductione* tuâ Catalogus, omninò defectuoſus; ſonos illos, Sinicos ſonos eſſe omnes, ſcio ego: at nec patet, & ob id unum removenda eſt *Appendix* tua, quia cum ſit *nova*, & Dictionariorum Sinicorum à Sinis, imo Dictionariorum Sinicorum à cæteris Miſſionariis compoſitorum ordini contraria, nihil niſi in errorem unquam ductura eſt.

4°. A te oportebat, & expectabam quâdamtenus, doceremur, etſi non omnia vocabula *Doctrinalia*, certè quædam, & *terminos*, ut vocant, *Grammaticos*. Scribis quidem ad me, non niſi pauca à te reperta. Et quaſi fortuitum fuiſſe, ut Litteras (*a*) à Doctoribus Sinis in *vivas* & *mortuas* diviſas eſſe reperires; iſtud verò eſt, quod admirationem mihi moverit maximam; concluſi hinc, mî Pater, Grammaticos Sinarum à Miſſionariis inſpectos eſſe aut nullos omninò, aut pauciſſimos: quî autem id factum, iſtud à me nequaquam adhuc intelligi confiteor, cum in Libris ubique, & præſertim in Dictionariis appellentur tot; eam profectò ipſam ob cauſam, inter Libros à vobis in Europam deſtinatos, Grammatici omninò nulli.

5°. Copiâ exemplorum nimiâ laborare *Notitiam* tuam, id verò

(*a*) *In Epiſtolâ quâdam* 30 *Août* 1731.
Vous me demandez ſi l'on trouve ici des Livres qui traitent de la Grammaire & de la Syntaxe, je ne le crois pas. C'eſt l'uſage qui apprend à parler aux Chinois, comme il apprend notre Langue aux femmes, ſans qu'elles ayent beſoin de ſçavoir ni les termes de Grammaire, ni les régles de Syntaxe. Ce n'eſt qu'en liſant, & comme par hasard, que j'ai appris, que les Lettres ſe diviſent en deux ordres, les *ſolides* & les *vuides*, & que les *ſolides* ſe diviſent en *vivantes* & en *mortes*. Les Lettres *mortes* c'eſt les *noms*, les *vivantes* c'eſt les *verbes.*, & les *vuides* c'eſt les *particules*. J'ai mis cela dans ma Notice, & je n'ai pu trouver que cela, dans tout ce que j'ai lu. J'ai rencontré un Livre en deux volumes qui parle du ſtyle, cela conſiſte dans quelques notes générales que vous avez dans la Notice, & dans un très-grand nombre de phraſes, encore n'ai-je pu avoir que le premier volume, qui finit par les phraſes de quatre lettres. Il y a des Dictionnaires Chinois de toutes les façons, mais aucun Lettré Chinois ne s'eſt aviſé de faire connoître le génie de ſa Langue, au moins il n'eſt pas venu juſques à ma connoiſſance.

evidens: quare, cum agnofcis tu ipfe imprimi in Europâ, & characteribus (*a*) ligneis nullo modo poffe, optimè quidem: itaque non eft loci hujus: quid ergo fiet? Jam, ut hîc tranfcribatur abfque ullis characteribus, quò in Sinâ fculpatur facilius; quî id fieri eâ in re poffit, nondum video. Abundantia hæc omnia, juxta me, ad Dictionarium amandanda, qui locus illi proprius. Cæterum, mî Pater, de his, quæ tibi affero, omnibus, licentiæ à temet incitatæ ignofci debere, fac oblivifcaris nunquam. Amicè enim dicta hæc omnia, quæ à te quoque, qui petifti, amicè neceffe eft, legantur. Vale, atque, ut facis, me ama.

Hæc illa funt, quæ de *Premari* Amici mei Notitiâ, ad Premarum ipfum fcribebam, annis ejus vitæ ultimis, ad quæ, per mortem, ut verifimile eft, non licuit refpondere, aut Epiftolæ interceptæ fuerunt, fed nec refpondiffe unquam puto, quia, quod hîc culpatum eft, erat reipfâ vituperandum & aut emendandum, aut alio ordine proponendum. In Introductione & Notitiâ totâ, quamquam Dictionaria Sinarum vulgaria haberet, noffetque *Premarus*, tamen illorum ipforum Dictionariorum à Sinis elaboratorum, *Præfationes* & *initia*, ex aliorum *Miffionariorum* confuetudine, prorfus neglexerat: Quid? *Claves* feu *Tribunalia* non comparent in Chriftianorum Dictionariis? Comparent, at abfunt *Præfationes* Authorum Sinarum omnes, abfunt, quæ *Claves* eafdem præcedunt, & fequuntur documenta eorumdem *Sinarum*, quàm plurima & egregia; & in gratiam *Miffionariorum* fcripfiffe fe affirmat *Premarus* in hâc illâ *Introductione*, pag. 21. quapropter, cum *Notitiam* fuam exararet, atque Dictionariis Chriftianorum uteretur, licèt vaftâ & multiplici Librorum Sinicorum cognitione polleret, tamen rerum *præfentium* recordabatur, *abfentium*, uti homines folent, quanquam utillimarum, oblivifcebatur; quod nî factum fupponas, cur apud *Premarum*, de illis, quas in primo, & fæpe in fecundo Libro, habent Sinica Dictionaria, *Characterum* Sinicorum affectionibus, filentium eft altiffimum?

In Hifce, quæ dixi omnibus, Lector, fac exiftimes, nec *Premaro* amico noftro, ufque ad mortem, fummo, neque ulli etiam Societatis Jefu Patrum detractum quidquam. Zelum & pietatem Prædicatorum Chriftianæ Legis omnium, cujufcumque fint Familiæ, femper fum ego ardenter amplexatus; & quis eft, qui inter Jefuitas, Authores, & alibi, & in Sinâ ipfâ, non agnofcat femper fuiffe & complures & egregios? Hîc, Theologiâ omni remotâ, de Linguâ tantum Sinicâ agitur, grammaticè & criticè.

(*a*) Ma Notice étant farcie de Lettres & de paffages Chinois, je n'ai pu la faire graver icy, parce que je n'écris pas affez lifiblement, & que je n'ai trouvé perfonne qui voulût la décrire. Pour moi, je conçois que cela eft encore d'une plus difficile exécution à Paris qu'à la Chine. *Premare*, *Lettre* 1 *Novembre* 1730.



QUARTA

QUARTA PARS.

De variis quibusdam Operibus Grammaticis ad me, post Premarianam Notitiam, *allatis*, *ut R. P.* Varonis, *R. P.* Diasii, Sigefridi Bayeri, *&* Cupletii, *R. P.* Casarani, *Illustr.* Episcopi Rosaliensis, *Clarissimi Viri DD.* Montignii, *qui anteà Provinciæ* Chĕ kiām, *apud Missionarios* Provicarius *Apostolicus*, *nunc nobilis Missionum Extranearum Seminarii Director*, *ac Procurator Generalis*, *&c.*

Jam de iis, qui Grammaticam Sinicam, aut Linguam quoquomodo attigêre, Authoribus, tum in *Meditationum* nostrarum Præfatione, part. 3. tum pag. 132. cap. 17. art. 4. dixi satis. In *Præfatione*, honoris causâ, nominati à me, præter *Trigaltium*, *Magalhanem*, *Semedonem*, *Martinium*, *Duhaldius*, è Societate Jesu, è Dominicanis *Varo*, è Franciscanis *Carolus de Casarano*, ex Illustr. Missionariorum Extraneorum Domo, Clarissimi Viri *Rosaliensis Episcopus* & *Montignius*, è *Doctis*, qui de Linguâ Sinicâ locuti, Europæis, *Golius*, *Vebbius*, *Kircherus*, *Hyda*, *Mullerus*, *Mentzelius*, *Leibnitius*, *Massonius*, *Soucietus*, *Pfeiferus*, *Relandus*, *Renaudotus*, *Bulfingerus*, *Tenzelius*, *Bayerus*, *Wolfius*, *Freretus*, illustrissimus amicus meus, qui hosce omnes, non solùm Litterarum Sinicarum amore, sed, ut è multis Dissertationibus chronologicis exquisitissimis colligere est, cognitione etiam atque eruditione Sinicâ superavit. De illorum Authorum aut conatibus, aut operibus, sententiam meam, ne repetere cogar, illîc videbis.

Qui Linguæ ejusdem Mandarinicæ *Grammaticam* propriè dictam aggressi, aut de hâc eâdem Grammaticâ lucubrationes quascumque exararunt, eos hîc unos denuò sistere necesse est; ac præsertim, quia editâ Grammaticâ eruditis notiores, *Bayerum* & *Varonem*, seu potius R. P. Varonis doctissimi in Sinicis viri *exscriptorem*, atque abbreviatorem *Pinüellum*, Natione Hispanum, Professione itidem Missionarium, sed è D. Francisci Familiâ. Post hosce tres, ad *Rosaliensem* & *Montignium* accedendum nobis.

I°. *De Sigefrido Bayero.*

1°. De *Bayero*, tu inquies statim: An non in illâ eâdem *Meditationum* Sinicarum Præfatione, per paginas 18. 19. 20. 21. disseruisti? Hanc ipsam ob causam addendum nonnihil.

Simul atque enim exemplum *Meditationum* Sinicarum ad ipsum *Petropolim* honoris causâ à me destinatum pervenisset; quasi eum tractassem durius, quem virum tamen faciebam maximi, & amicum mihi æternum volebam, ut illîc eram abundè professus, & ipsi eidem syncerè atque ex animo scripseram: apud clarissimum amicum nostrum *Freretum*, eorumdem studiorum amatorem, læsum se à me conquestus est amarulenter, quâ in re nec vidi tunc, necdum cerno quidquam, nisi ejus Grammaticam & adjunctum Dictionariolum, opera jam publicata, & ad me etiam ab ipso, dono missa, à me silentio præterita voluisset, quod nequaquam fieri potuit. *Notas* ergo meas omnino quatuor, hic tibi reponam, oportet.

1°. Apud Bayerum *Ars characterum legendorum nulla*; idne Bayero uni dico? dico *Mentzelio*, dico *Cupletio*, dico Miſſionariis ante eos omnibus, dico iis, quos ſecutum ſeipſe profitebatur *Bayerus*.

2°. Jam vocum hoá & hoā *toni* diverſi, diverſo charactere, à *Bayero* pro unâ eâdemque voce malè acceptarum *exemplum* & ſatis perſpicuum eſt, neque illîc omitti à me, poſt *Bayerum* ſcribente, ullo debebat modo. Quamquam *Mulleri* defenſionem contra *Bayerum* ipſum, amicum meum, ſuſceperim; attamen quod vocem *Rigo* in Monumento Sinico, à *Mullero* facilè corrigendam, non correctam reprehenderit, id verò non iraſcor, laudo potius, adopto etiam, & jam diu, & ante *Bayerum* annotâram : quis de Linguâ Sinicâ, cum ſcriberet, non faceret? niſi feciſſet profectò *Bayerus*, ac ſi de *Mullero* Germano Germanus ipſe id licet honoris cauſâ tacendum exiſtimaſſet, indignatus ego revelaſſem : ſub modione apud nos remanebit unquam lux?

3°. Omitto, quod Dictionarium omnino imperfectum, & Grammaticam in omnibus exiguam, eamque è ſchedis illis *Martinii* & *Cupletii*, à *Mentzelio*, aut *Golio*, aut *Relando*, quaſi per tranſennam, ac negligenter collectis, publicarit : cùm accentus, qui appoſiti à *Bayero* multi, apponi dixi ſemper oportere, aliter *voces* omnes *Sinicas*, *characteribus* eodem tempore *infinitis* correſpondere, & prætereа intelligi nullo modo poſſe; id verò non certum eſt? imo momenti eſt tanti, ut iſtud unum, *Notitiam* ipſam *Premarianam*, pretii aliàs maximi, in duobus tomis poſterioribus, ſi non evertat, certè ferè inutilem reddat.

4°. Eos, quos ſculptos voluit, *characteres*, ex iis, quæ habebat, *Dictionariis* ipſis Sinicis, non ex *Manuſcripto* peſſimè exarato, extractos oportuiſſe, pertendi & ego rectè; non vidit *Bayerus* characteres in Dictionariolo ſuo *manuſcripto*, non eâ pulchritudine unquam futuros, quâ ii, qui in Sinâ ipſâ impreſſi? Non tacendum hoc hodiè quod vidi tunc, & ne quâ in re *Bayerum* oſtenderem, prætermiſi ſciens; ut tùm, ex Libris Sinarum ipſis extraherentur *characteres*, Sculptori tradendi, & tempore, & diligentiâ, & laboribus maximis opus : quæ cum vitare vellet omnia, neque eâ in re gloriæ ſuæ (quod debebat), ſed celeritati cuidam, (quâ in Eruditorum operibus, pernicioſius nihil), conſuleret : Dictionarium iſtud *manuſcriptum*, imperfectum quamvis & informe, Sculptori exarandum permiſit, quod factum omnino ἀφρενῶς. Id verò, cave exiſtimes, Lector, famæ *Bayeri* juſtiſſimè partæ, obſtaculum eſſe poſſe, & à me, eam ob rem proponi : *memoriam* tanti viri apud me ſempiternam, & extare, & extituram profiteor, qui eruditionem generis ferè omnis, brevi temporis intervallo, ampliſſimam comparavit; ſed enim tenenda per omnia veritas.

II° *R. P. Varo Dominicanus.*

Adſit nunc, qui inter Sinas etiam Illuſtriſſ. R. P. Franciſcus *Varo*, Dominicanus, opus quidem ejus ad nos ipſum non pervenit, ſed abbreviatum habemus ab Authore Fidei nequaquam ſuſpectæ, *accrecentado*, (ut Hiſpanis verbis utar) *y reducido à meyor forma por N° R. F. Pedro de la Pinuèla por y Commiſſario Prov. de la Miſſion Serafica*

de China; *anandiò se un Confessionario muy util y provechoso para alivio delos nuevos Ministros, Impreso en Canton año de* 1703. In quo etiam ad marginem inveni, sed manuscriptum: *Ad usum R. P. Johannis. P. ab ilice, Mission. Ordinis Minorum Sancti Francisci.*

Grammaticâ meâ compositâ, Librum hunc Hispanicè tantum scriptum, absque ullis characteribus Sinicis, præterquam cifrarum, Româ secum attulerat, & mutuo mihi dedit R. P. *Eustachius Augustinianus*, vir, uti sciunt omnes, inter eruditos celebris, & Litteraturæ Promotor maximus, is autem est ejus tenor, qui Lectorem etiam nostrum latere non debet.

1°. Prologo quæstionem de Linguâ *Mandarinicâ* hanc movet: Num in *Artem* reduci possit, contrariasque hâc de re Missionariorum sententias affert, & affirmando concludit.

2°. Illic etiam varias vocum Sinicarum prolationes, in Gentium Europæarum gratiam enumerat, præsertim Hispanicæ, Gallicæ, Italicæ, Lusitanicæ, & multa habet de *pronuntiatione* non incuriosa.

Cap. 1. pag. 1. sunt animadversiones quædam, tum in vocum *Mandarinicarum*, quas facit 364. & oriundâ indidem *ambiguitate*, tum de *tonis* voces illas multiplicantibus, & de variis apud Sinas loquendi *modis*: hi *tres* annotandi.

Primus est *elegans*, qui apud Litteratos in usu, & ad quem aspirare debet Missionarius, sed hæc habet ibidem *mas esse modo para nos otros es difficultossimo para la pratica, por las circonstancias que caduno con el tiempo experimentara.*

Secundus, *medius quidam* est, quem intelligunt plærique, aut hominum major pars; hunc omnino necessarium judicat, quo absque, Verbum Dei, tam Christianis, quàm Gentilibus Sinis annuntiari nullo modo posse arbitratur.

Tertius est *rusticus & omninò simplex*, hunc nonnisi ad *Paganos*, *aldeanos*, atque ad *Mulieres* dirigi putat oportere; ab hoc tamen, ut pote facillimo, incipiunt ii, qui Libros legere nequeunt, *Missionarii*, & exempla phraseôn addit tria, tribus illis loquendi modis correspondentia.

Fol. 3. Habet quoque nonnulla, de proprietate, quæ hic est *vocum* & *tonorum*, ac Syntaxeôs, & de quarumdam Provinciarum *pronuntiatione*: generatim propter elegantem Linguæ Mandarinicæ pronuntiationem laudantur *Pekimensis* & *Nankimensis*, vituperatur inter cæteras *Fokienensis*, &c. De *tonis simplicibus* doctrina ipsi unà cum cæteris communis.

Cap. 2. de iis *tonis* loquitur, quos *Gutturales* vocat, quique nihil aliud quàm aspirati, quo loco Litteris Alphabethorum nostrorum divisis, Litteras *l. m. n. h. s. x.* aspirari non posse annotat, idque ad has reduci, nempe *t. p. k. c. ch.*

Fol. 9. cap. 3. transit ad *tonos* puncto inscriptos qui ẽ. õ. ũ. Cap. 4. est de iisdem unà cum aspiratione. Cap. 5. sunt *nominis* & *pronominis* declinationes. Hoc loco *monitio* est fol. 20. de dictionum *ambiguitate*, quâ reverâ alibi *nomen*, alibi *verbum*, alibi *particula*, & certâ proinde collocatione distinguntur: tum sequuntur *declinationes* ipsæ, 1° *nominum*, 2°. *pronominum*. Pag. 20. veniunt *notæ* in casus, & casuum occasione, in *varias* eas, quæ casui unicuique inserviunt, *particulas*.

Fol. 28. usque ad 34. agit de *Substantivo*, *Adjectivo*, *Comparativo*,

& *Superlativo.* Tum fol. 35. de *Verbalibus abstractis, diminutivis & frequentativis*, & pag. 37. de *Officiorum* & *Artium* nominibus, queis addit, apud Sinas generum & numerorum distinctionem non esse, nisi per particulas ullam.

Fol. 39. *Pronomina* explicat, quæ 1°. in *primitiva* & *derivativa* dispertitur. 2°. In *Demonstrativa.* 3°. In *Relativa.* 4°. In *Reciproca.* Caput 7. de *interjectionibus*, *conjunctionibus*, *negationibus*, *interrogationibus* & *conditionalibus.* Excusat se Author, quod hic Artem à *Nebrissense* propositam non sequatur, sed à se præponi hoc loco posse hasce Grammaticæ partes putat; itaque tractat

Par. 1. de *interjectione* & *conjunctione.* (fol. 42.)

Par. 2. de *negationibus.* (fol. 44.) atque eas uti solitum, distribuit in *negationem absolutam*, *absolutissimam*, *interrogantem*, *affirmativam*, *prohibitivam.*

Par. 3. de *interrogatione*, quam facit duplicem, *dubitativam* & *inquisitivam.*

Et Par. 4. de *conditionalibus.*

Cap. 8. de *Verbo* est, quod dividit in *affectivum* seu *activum*, & *passivum.*

Itaque Parag. 1. de Verbo *substantivo.* (fol. 50.)

Parag. 2. de *conjugationibus* Verborum, (fol. 51.) in queis Hispanico aut Latino more *tempora* & *modos* ordinat. Sunt ergo apud ipsum *præsens indicativum*, *Præteritum imperfectum*, *præteritum perfectum*, *præteritum plusquam perfectum*, *futurum perfectum.*

Additur Parag. 3. *imperativus*, *optativus* & *subjunctivus*, cui datur *præsens primum imperfectum*, *j'aimerois* & *que j'aimasse*, & *plusquamperfectum.*

Parag. 4. *Infinitivus*, cui *præsens*, *perfectum*, *gerundiva* : sequitur *participium*, quod & in *præsente* & *futuro* esse potest; sed hæc tempora, hi modi, non nisi per particulas fiunt.

9. Caput de Verbo *passivo* est, Parag. 1. de particulis xí, tiē, chè, & dicitur tiē *sufficere*, si *res* sint *irrationales*, & addendum chè si *rationales*, sò autem *relativum verbo* plærumque preponi, at idem sò *præpositum* cum tiē *postposito* facere *impersonalia.*

Parag. 2. Differit de *Particulis* goèy & pí, goèy propriè esse *fio*, & pí *passivi* notam : hanc *præponi* semper, & ita separari, ut inter pì & verbum, *persona* interponi queat.

Parag. 3. de *passivi conjugatione*, quod per sua *tempora* & *modos* etiam dispertitur (fol. 57.) & hîc denuò adjicit Linguæ Sinicæ peculiare hoc esse, ut *monosyllaba* sint plurima, in queis significatio utraque & *nominis* & *verbi* : esse etiam quædam, quæ in *nomine* aliûs, aliûs in *verbo* toni.

Cap. 10. fol. 59. est de *Præpositionibus* & *Adverbiis.*

Parag. 1. *Præpositiones* & *postpositiones* monet esse *accusativi* & *ablativi. Accusativi* autem esse præpositiones 7, postpositiones 9. Sed *ablativi* esse præpositiones tantum, easque 11.

Parag. 3. *Adverbia* collocat ordine alphabethico, sed prout se offerunt in Linguâ Hispanicâ.

Cap. 11. fol. sectionum duarum est, *de modo formandæ orationis.*

1°. Species hîc quatuor, *duæ* vocis *activæ*, vocis *passivæ duæ.* 2°. *Concordantiæ* Sinicæ regulas adducit.

Cap. 12.

Cap. 12. agit de *numeris*, & de *computandi* modo, numeros simplices habet (fol. 72.), ordinales (fol. 74.), numerationem annorum (fol. 76.) ubi de *Cyclis*.

Cap. 13. de *Particulis* Linguæ Sinicæ propriis, quas facit 11.

1 táng *tam.* fol. 82.
2 xĕ *etiam.*
3 tà *percutere.* fol. 83.
4 tĕ *posse.*
5 chŏ *certè*, je vous assure.
6 tý *substituere.*
7 jên, quod inservit *Adverbiis.*
8 kīn *nunc.*
9 pién *decenter*, *appositè ad*, *utique.*
10 pĕ *centum.*
11 kó *convenienter.*

Cap. 14. Tractare incipit de *urbanitate* Sinicâ, & eas persequitur, quæ in Linguâ Mandarinicâ, erga homines in aliquâ dignitate positos usurpantur, particulas.

Cap. 15. est de *urbanitate* Mandarinorum erga parentes & *visitationum* Sinicarum *papyris*, &c.

Cap. 16. *Locutiones urbanitatis* exponit, quæ *inter colloquendum*, quæ in *visitationibus*, quæ in *conviviis*, & sunt iis de rebus *Paragraphi* tres, per quos additis quibusdam de *salutatione* personarum sibi invicem *occurrentium* notis, *Artem* suam totam absolvit. Adjicitur autem Confessionarium Latinè & Sinicè; sed itidem Latinis tantùm Litteris.

Atque hæc est Ars Linguæ Mandarinicæ addiscendæ à R. P. *Varone* Dominicano, inter Missionarios olim, propter summam Linguæ Sinicæ peritiam illustrissimo proposita, & à R. P. *Pinuelâ* Franciscano, in meliorem formam; ut initio Libri ipsemet dicit, reducta.

De eâ verò totâ fient hîc à me *animadversiones* quædam, eæque breves.

1°. Ars hæc, cum sculpta *Cantone* sit, quomodo Missionarios *Cantone* exules omnino latuit? Certè aut ad *Premari* aures pervenerat nunquam, erat enim candore quodam atque ingenuitate singulari: aut eam, quod Litteris tantum Latinis esset, prorsus inutilem eruditis judicabat: accidit etiam fortasse, ut eam omnino existere nesciret; *Urbes* Sinæ magnitudine immensæ, *Exemplaria* omnia fortè distracta. *Sculptor*, ut verisimile Christianus fuerat, sed jam mortuus. Et quid mirum, cum ne *Magalhanis* quidem, aut cæterorum sociorum opera cognoverit? Sina Imperium quidem unum, sed Europâ ferè majus.

2°. Si Artem hanc viderit *Premarus*, an rectè inutilem est arbitratus? Rectissimè: nam ut vocabulorum Sinicorum Latinè tantum scriptorum *Characteres*, in magnis illis Dictionariis Sinicis, hinc & illinc dispersi, occultique, reperirentur: ut ad eosdem *characteres*, hoc vel illo nomine insignitos, *significationes* eæque certæ & Mandarinicæ, certò & indubitanter adjungerentur, hæc illa inquam *Ars*, cuinam ante nos, ante Meditationes nostras Sinicas patuit unquam?

3°. Manca ergo etiam, & si non inutilis prorsus, certè viris doctis

omninò incommoda, & tolle eaſdem *Meditationes*, Liber hîc nihili; quid enim? Traditne, non dico *characterum* Sinicorum *lectionem*, ſed vel *Dictionarii* ullius aut *Tonici*, aut *clavium* diſpoſitionem? ex hâc ergo Grammaticâ vel *Arte*, artem nemo habet *characterum* Sinicorum aut *legendorum*, aut *explicandorum*, quâ de re tacet omnino Author: ejus ergo ſcopus, *unica vocis Lingua*, non characteriſtica, & eam ipſam ob cauſam minus reprehendendus videtur, quam *Premarus* amicus meus, qui cum id omne promiſiſſet, pollicitationis ipſemet ſuæ oblitus eſt confeſtim.

4°. Attamen comparationem inter haſce *Varonis* & *Premari* Grammaticas inſtituemus ullam? Abſit, nec fieri poteſt, utraque Viri doctiſſimi, ſed quæ non faciat ſatis. Quam ob cauſam? hæc *Varonis characteribus* Sinicis deſtituta; & cuinam utilitati erit, niſi apud Sinas? Illa *Premari* characteribus Sinicis inſtructa quidem, & inde apud Eruditos etiam Europæos non infructuoſa, ſed quam exemplis iiſdem exorbitans hînc, quam illînc *accentuum* abſentiâ, per Libros duos totos defectuoſa! Uno verbo *Premari* Notitia, quatenus ῥητορικωτέρα, ſublimior, ſed quæ in multis ab ipſâ Grammaticâ recedat, Ars *Varonis* quatenus Grammatica, μηθοδικωτέρα, ſed quæ egeat verſione: ita in utrâque vitium operi congenitum.

III°. *Caſaranus*.

De *Caſarano*, iis, quæ *Præfationis Meditationum*, pag. 24. in virum undequaque excellentem contuli, laudibus addendum hoc loco nihil quidquam; per annos triginta & amplius apud Sinas commoratus, conſcripſit *Opera* duo: hæc cum unà ſimul contendiſſemus, convenientiam inter nos, quam fieri poterat, maximam, ſumus admirati: quoad Grammaticam, diviſio etiam capitum eadem: Atqui conſcripſerat, ille in mediâ Sinâ, in Galliâ ego, plæraque etiam uno eodemque modo, aut certè parum differenti, à nobis tractata. Quæris cauſam? eadem, Linguæ ejuſdem, in utroque conſideratio.

IV°. *Clar. D. D. Montignius.*

Sed in eâdem *Præfatione*, pag. 132. 133. 134. de *Montignio*, viro & per ſe eruditiſſimo, & ad omnium ferè diſciplinarum promotionem nato, locuti etiam ſumus. Is, cum abſens fuiſſet diu, Româque, ubi remanſerat, Miſſionariorum Extraneorum Domum reverſus, Divino quodam in Litteras Sinicas amore, quæ apud Sinas collegerat, ea ſecum huc aſportaſſet, mirum quantæ mihi conſolationi fuerit. Non diffidunt vulgò, ſi quis etiam ſapientiſſimus, ignoti quid, aut ſingulare, aut novum, & à vulgaribus hominum ſtudiis remotum propoſuerit? Mos ille laudabilis plærorumque: abjiciunt, conſiderare, atque examinare nimius labor. Inviſerat *Montignius* homo Litterarum omnium curioſus, ipſa Sinarum Collegia: noverat, quod paucis Miſſionariis contingit, uſurpari ſolitum apud Mandarinos docendi modum: eundem ipſum à me ex eorum Libris in *Meditationibus Sinicis* expoſitum videbat: quæ in Methodis aliorum deficiebant, ea ipſe in Sinâ poſitus animadverterat, & apud

me hominem Musæo addictum suo, ex ipsis Mandarinorum operibus, Bibliothecæ Regiæ auxiliis, non sine quâdam animi admiratione, suppleta reperiebat; non solùm *labores* meos infinitos sententiâ confirmavit suâ, sed & suas, & *Rosaliensis*, & *Missionariorum* quorumdam illustrium lucubrationes summâ liberalitate communicavit.

Jam qui venerandæ huic Domui præsunt, quantâ omnes urbanitate, quantâ in Linguarum studiosos benevolentiâ; *Montignium* secutus summâ alacritate unusquisque, & his annis è Sinâ, & Tunquino advectus clarissimus ipse, & doctissimus vir D. *Bourgines*, & qui etiamnum apud Sinas illustris J. C. D. N. Confessor, & verus Linguæ hujus Sinicæ amator, D. *Martiliac*, eandem jam pridem erga me amicitiam professi.

Ut igitur, unde digressa est, eò revertatur Oratio; sicut ad Litterarum Sinicarum utilitatem, *Premarus*, amicus meus, Grammaticam ad me direxerat suam, sicut *Domengius* Schedas quasdam Sinicas, imo Tartaricas etiam plurimas, libenter & sponte suâ destinaverat: ita Nobilissimi illi Evangelii Præcones, Missionum Externarum Presbyteri, *Opus* nostrum, simul atque illis visum & cognitum est, adjuvare ac promovere non cessarunt, & quî *Dictionariorum* variorum, quî *Notarum* in Linguam Sinicam infinitarum, quî *animadversionum* de Imperio, de Magistratibus, de Sectis ac Religionibus, immensarum mentionem, & in Meditationibus Sinicis, & hoc loco præteriissem immemor?

Verum istud, & vidit ipse *Montignius*, res hasce ferè omnes, à me jam in *Dictionariis* meis, præcipuè in Dictionario Historico-Geographico fuisse antea collectas : sed quanta est, quam utilis ejusmodi confirmatio, & quam tunc opportuna, viri è Sinâ redeuntis, & Methodorum vulgarium defectus, & insufficientiam, suà ipsius experientiâ, suis ipsius oculis contemplati?

Methodum apud Sinas duplicem esse, id verò non diffitendum, *alteram* puerorum docendorum, quâ pueros adhuc rationi quodammodo impervios, *characteribus* tantum & *phrasibus*, absque ullâ Linguæ suæ analogiâ imbuunt, & hæc ea est, quam prædicat *Premarus*, & cæteri, quotquot mihi videre contigit, in Grammaticis suis Missionarii: *alteram* jam adolescentium, jam Analogiæ, & ratiocinationis capacium, & hanc Doctorum & Mandarinorum ad linguæ suæ culmen aspirantium, ut apud me vidit; pro eâ quâ est veracitate non potuit non comprobare, non dilaudare Illustriss. *Montignius*.

At hanc ipsam quoque viris Europæ nostræ eruditis, idoneam esse unam non sine causâ judico ego: si quis Linguarum peritiam unâ *Memoriâ* metitur, næ ille rerum ignarus; requiritur hîc *memoria* exquisita, quis neget, sed *judicium* etiam summum requiritur, ac *ratiocinationi*, & *Philosophiæ* locus hîc multus, *usui* & *consuetudini* multò minor. Quidquid ad Sinicè loquendum, necesse est, id verò tradimus accuratissimè; & *vocabula*, seu *pronuntiationem* & *tonos*; sed ad intelligendos, vertendosque Libros Sinicos, quid præstantiùs analogiâ, & quomodo Linguæ omnium pulcherrimæ pars hæc neglecta hactenus? Inde fuit profectò, quod illuc destinati familiarum quarumcumque Missionarii, admodum juvenes fuerint

plærique, & analogicis aliarum Linguarum præceptis parum inſtructi? Inter Magiſtros autem, qui ea apprimè noverit, quotus etiam quiſque eſt?

Ne tibi amplius obſtrepam: cùm & *Grammaticarum* à magno Viro traditarum deſcriptionem, & *Notarum Grammaticalium* in Linguam Sinicam infinitarum enumerationem, adjicere hoc loco poſſem, quod fortaſſe tædioſum tibi, placuit generatim & conglobatim dicere; non eſſe ullam in quâ, de *ſingulis* Orationis Sinicæ *partibus*, de *Syntaxi*, de *expletivis*, de *numeratione*, de *Cæremoniis Monita* non ſint plurima ac maximè annotanda, & multas eſſe, in quibus *conſilia* reperiantur, de noſtræ hujus Linguæ addiſcendæ ſtudio utiliſſima. Quorum, ne longior ſim, accipe hæc tantummodo de pronuntiatione;

I°. *Monita* 9.

1°. De *h Litterâ*, qui Linguam Mandarinicam callent optimè, apud eos *h*, cum raſione quâdam gutturis efferri, apud cæteros id ferè negligi ſolêre.

2°. Varietatem eſſe in tribus hiſce vocibus ŷn, gîn, xîn, quarum primam, prout ſcribitur, ſonare, ſecundam non ut *j*, ſed ut duplex *ii*, *iin*, tertiam *x* cum ſibilo. ŷn *argentum*, gîn *homo*, xîn *Spiritus*.

3°. In iis, quæ per ĕ & per ŏ, *punctulo* ſuperſcripto, deſinunt, vocabulis pronuntiandis, ſonum quemdam medium eſſe debere inter *e* & *i*, ſi deſinant per ĕ: inter ŏ & ŭ, ſi per ŏ terminentur: vocabula autem illa eſſe: ciĕ, yĕ, kiĕ, liĕ, miĕ, niĕ, piĕ, ſiĕ, tiĕ, xĕ, & chŏ, fŏ, hiŏ, hŏ, huŏ, gŏ, jŏ, kiŏ, kŏ, kuŏ, lŏ, niŏ, nŏ, pŏ, sŏ, tŏ, vŏ, xŏ, *non amplius*.

4°. Litteram *i* inter conſonam quæ *prior* eſt, & vocalem quæ *poſterior* (vocalem, verbi gratiâ, τῶν kiú & kiā) confundi, ita ut vox una ſit, non enim dari, *qua* neque *qui* gallicè, & deeſſe apud Sinas *ka*.

5°. Poſt Ç etiam unà cum virgulâ retrahente, aut *cedillâ Hiſpanicâ* ſcriptum oportuiſſe *h*, verbi gratiâ, çhī, *ſacrificare*, quod vulgò çi, quia littera ſemper vehemens.

6°. *Goei* vocabulum pronuntiari, apud quoſdam Sinas *uei*, ſed *Mandarinicè* efferendum, *goei*, non *vei*, nec *uei*.

7°. Contrà *V*, in his Monoſyllabis *va*, *vai*, *vam*, *van*, *ve*, *vi*, *vo*, à Sinis ſemper pronuntiari tanquam ſi eſſent *vua*, *vuai*, *vuam*, *vuan*, *vue*, *vui vuo*.

8°. Quod monoſyllaba per ſ cum virgulâ, unà cum Societatis Jeſu Patribus aliquando ſcribimus, id ab aliis aliquando ſcriptum ç, verbi gratiâ, sù, *mori*, apud quoſdam eſt çù.

9°. Nota eſt ſcriptura *m* pro *ng*, verbi gratiâ, *kam* pro *kang*: ſunt qui anteponunt *kang*, imo *kam*, *vam*, &c. vituperatur: ſed utrumque fit ac fieri poteſt, & volumus eodem modo pronuntientur, *m* in *kam*, aperto & pronuntiato, ut apud nos *étang*, *ſtagnum*.

II°. *Conſilia*.

Conſilia hîc multa, ſed hæc duo hîc maximè neceſſaria.

1°. Ad characterem *lectio*, ſed, quantum fieri poteſt, vocis *Sinicæ* lectio adjungatur.

2°.

2°. Pronuntiationi addatur apud Sinas *accentus* ipſe, apud nos, *accentûs* cognitio.

Lectio, eſt, ut Sinicam phraſim ediſcas, *Pronuntiatio*, ut *tonos* quinque reſcias, queis ſine, etiam in Europâ, proficeres nihil. Jam ſi apud *Sinas* fueris, prout Authorum ſuorum Libros à te Lectos viderint Mandarini, aut te fugient aſpernabundi, aut ad te convenient, audituri libentius, ſi Linguam *Mandarinicam* à te ſcitè, & delicatè, & juxta Syntaxeôs principia, prolatam ſenſerint: Hæc tibi Miſſionarii unâ voce omnes: atqui ad eam ipſam rem conſequendam, alii aliâ viâ pro ingeniorum varietate, procedunt: ſunt, qui *uſui* dent omnia, ſunt, qui *doctrinæ* & *ſtudio* omnia: medio ibis *tutior*; nam quid uſus abſque doctrinâ?

At unum ego tibi, & præ omnibus id unum, inculcare non deſinam; quamquam & per ſe & ſoli, abſque ullâ *Monoſyllaborum* pronuntiatione diſci poſſint *characteres* Sinici, tamen, quæ duo in Sinâ, ſive *Natura*, ſive *Ars*, tam aptè conjunxit, cave ſepares unquam, etiam in Europâ: iſtud voluêre quidam, ſed incautius: volo, & neceſſe eſt, memoriæ tuæ unà ſimul imprimantur quatuor iſta, 1°. *Monoſyllaborum* Sinicorum *denominatio*, 2°. *Clavium* Sinicarum *figuræ*, 3°. earumdem figurarum *ſignificatio*, 4°. *Characterum* in ſe totorum, & quatenus ex hâc aut illâ clavi, aut ex his aut illis clavibus compoſiti ſunt & coagmentati, *comprehenſio*. Sed jam de iis, quæ poſt *Grammaticæ* noſtræ conſcriptionem, allatæ ad me ſunt *Artibus* ſatis ſuperque.

QUINTA PARS.

De hâc, quam hodie edimus, Linguæ Sinicæ Mandarinicæ Grammaticâ.

Quam ſupra habuiſti, Lector, Grammaticæ meæ Sinicæ, Latinè primùm exaratæ, deſcriptionem, eâ nunc ſuppoſitâ, (eadem enim ubique Grammatica eſt;) judicium nunc meum, de toto hoc opere, interponam tibi. Vidiſti jam immutatâ methodo, etſi res eadem exiſtat, ob oculos tuos hîc, non niſi Librum tertium proponi; nam, ut dixi, transfuſus eſt in Præfationem Meditationum Sinicarum, Liber Grammaticæ prioris Gallicæ *primus*: *ſecundus* Meditationum earumdem Sinicarum corpus efficit, & nunc tibi emittitur *tertius*, in Libros ipſe diſtributus quinque, idquè ad majorem rerum perſpicuitatem, quod in Operis conſpectu deductum accuratiùs tute animadvertes.

In omni Grammaticâ, Grammatici munus hoc eſt, 1°. ut Linguæ tradendæ Alphabethum & Litteras doceat.

2°. Ut, ſi Philoſophus ſit, comparatis inter ſe vocabulis, eorum *analogiam* oſtendat.

3°. Ut *Nomina*, *Pronomina*, *Verba*, *Particulas*, *Syntaxim*que declaret.

Sed de Linguâ Sinicâ Mandarinicâ judicium non idem, quod de cæteris, *Litteræ* ſunt *hieroglyphicæ*, atque innumerabiles, *vocabula* pauca, ἄπτωτα, ambigua omnia; & quid de iis addam hoc loco amplius?

Atque inde nata Scriptorum quorumdam, neque illorum quidem vulgarium opiniones in ejuſmodi Linguâ, *Grammaticâ opus nullâ, & ſatis eſſe Dictionaria.*

At opiniones ejuſmodi, omninò abſurdiſſimæ: nonne diſtinguendæ ſemper *Orationis* partes, *Nomen* à *Pronomine*, utrumque à *Verbo*, ab *Adverbio*, *Verba* in voce *activâ*, in voce *paſſivâ*, *Particulæ* & *Conjunctiones*, à reliquis? Abſque his omnibus non fit, aut fieri non poteſt, quidquid ad ſermonem, quidquid ad Eloquentiam, quidquid ad Poëticam unquam pertinuit. Neceſſaria igitur maximè hîc, ſicubi uſquam *Grammatica*; quò partes Orationis, remotis Nominum *Caſibus*, amandatis *Verborum finalibus*, difficilius diſcernuntur, eò *Grammaticæ*, quod cuique non in talibus cæco evidens eſt, *neceſſitas* major; atque hinc etiam Obſervationes Grammaticæ, apud Authores Sinas, multò quàm apud nos, numeroſiores, ſubtilioreſque.

Audi ergo hîc, quid à me præſtitum: 1°. Loqui de *Linguâ Mandarinicâ*, & tacere de *Sinarum characteribus*, nefas. Appellare *characteres hieroglyphicos* generatim, & de *characterum* eorumdem *naturâ* ac lectione ſilere, perridiculum. Atqui ante me duo iſta, ſine queis Grammatica Sinica omnino nulla, à nemine hactenus conjuncta ſunt; quin etiam, priuſquam *Ars* illa fuiſſet à me tradita, monoſyllaborum Sinicorum ad characteres ſuos revocandorum, Grammaticæ ejuſmodi, opera omnino inutilia. Cum ergo Alphabetum hîc nullum eſſe queat, & tota de Litteris, ſive hieroglyphicis characteribus commentatio, Librum requirat ſingularem, illud omne nos, in iiſdem *Meditationibus Sinicis* executi: nonne illic & monoſyllaborum quorumcumque nomina, & eorum characteres indicatos, nonne illîc & conſonarum, vocaliumque Sinicarum naturam, & Dictionarii Tonici deſcriptionem & uſum, nonne ex alio Dictionario, Tribunalia omnia, ſeu Claves Sinicas habes? Atqui hæc eſt, quæ in aliâ quâvis Linguâ eſt, debetque eſſe, Grammaticæ prima pars, quæ apud Sinas non niſi ſeorſim tractanda.

2°. In *Latinis*, *Græcis*que, in *Hebraicis*, in *Arabicis*, &c. ea, quæ inter voces invicem comparatas, exurgit *Analogia*, ex Grammaticâ ſimul & Dictionariis exprimitur: apud Sinas non item, *characterum* inter ſe collatorum eſt *Analogia*, ſine *caſibus Nomina*, *Verba* ſine *finalibus*: ita non, niſi è Dictionariis, atque ex aſſiduâ eorumdem inſpectione deſumitur. Hîc igitur, Lector, es à me etiam ad eaſdem *Meditationes Sinicas* ablegandus.

3°. Erat ſuper, *Grammatica propriè dicta*, hoc eſt, *Nominum*, *Pronominum*, *Verborum*, *Particularum*, *Syntaxeôs*, & apud Sinas, *Cæremonialium* expoſitio, & tractationem hanc quoque peculiarem poſcebat: hanc autem ipſam hodie communicamus tibi.

Tradimus autem tripliciter: 1°. *Sinicè*, *Latinis Litteris*. 2°. *Sinicè*, *charactere Mandarinico*. 3°. *Latinè*, additâ ubique *verſione*, ne verò, quod non rarò fit, quæ ego in aliis carpſi, in ea ipſe vitia inciderem.

1°. In Libris tantum duobus tonos inſcripſit *Premarus*: in toto ſuo Muſæo eoſdem tonos omiſit *Bayerus*; hîc vocem Sinicam, in quâ tonus non ſit, reperies nullam.

2°. Inutili exemplorum multitudine Notitia *Premari* onerata: minori, quàm oportebat, numero *Bayeri Muſæum* ornatum: exempla, quæ apud *Premarum*, per ſe optima, ſed tamen ad Dictionarium remittenda: paucitas eorumdem *Bayero*, quia fortè non ſuppetebant, condonanda.

Hîc Regulam, ſemel poſitam, uno aut altero exemplo confirmare

habui satis: non quod in primo *Grammaticæ* hujusce meæ *manuscripto*, non fuerint etiam plurima, sed cùm ad impressionem ventum est, ita rem poposcit characterum Sinicorum sculptio: alioqui nimis multiplicati essent. Et quorsum ego longior, cum ad manum præsto sint, Libri Sinici tot?

3°. *Methodus* in *Premari* amici mei Notitiâ vaga, ac *repetitiones* rerum earumdem superfluæ: *Musæum Bayeri* exile & disjectæ Grammaticæ membra, ac potius reliquiæ.

Hîc quantùm potui, nec nimia, & quæ faciant satis, locoque omnia, spero, invenies suo.

Repetitiones characterum, non omnino nullæ: nonne interdum necessariæ? Sed nec reperientur, nisi in diversis phrasibus, & iis præsertim, à quibus abesse non posse tute existimares.

4°. De *Latinitate*, aut locutionum expositione, est, quod monitum te velim; si versæ à me phrases Sinicæ fuissent eleganter & latinè, sæpenumero minus intellecta sententia esset: præstat in talibus *versio inelegans*, *versio de verbo ad verbum*, interrupta, interrumpenda etiam constructio: dum exprimatur sensus: elegantia, dictio purior, affectatio, negligenda omnis.

5°. Unum hoc summâ curâ inquirendum, 1°. ut ad unam quamque Latinam vocem, unumquodque monosyllabum *Sinicum*, *Latinis* litteris expressum, 2°. ut ad unumquodque *monosyllabum* sic expressum, *character* unusquisque Sinicus, exactè correspondeat; hoc autem omne ob *characterum multitudinem* eâdem pronuntiatione, & eodem tono insignitorum, intricatissimum ac difficillimum esse, quis est, qui non videat?

Dictionaria *merè Sinica* evolve, Dictionaria etiam mea è Sinicis desumpta, & clariora adi: in hâc eorumdem multitudine, ne alterum pro altero characterem accipias, timendum, & lapsus proclivis: in hâc meâ Grammaticâ totâ, & *vocabula* selecta diligentissimè, & *characteres* curâ appositos quàm maximâ, id verò ausim tibi affirmare, operam profectò ego in hâc re collocavi omnem: jam, quod non eveniet, pone à me in aliquo charactere erratum, nonne Lector, è *Meditationibus meis* Sinicis, ac *Dictionario tonico*, omnium ἀναλογικώτατῳ, corrigeret statim? res igitur in vado & tibi & mihi.

Conclusio est hæc: *Lectionem characterum* Sinicorum petis, quæ Grammaticæ in cæteris Linguis pars? eam, quia longior, in eo, qui præcessit tractatu, habes totam: *cognitionem*, & pronuntiationem vis vocabulorum Sinicorum omnium? præsto est, & repræsentata hîc tibi (in ipsius *Grammaticæ* limine) & ordine quodam novo, & ita, ut eam memoriâ retinere, absque ullâ difficultate possis. Partes cæteræ, eâ quâ oportebat ubertate, expositæ.

SEXTA PARS.

De Catalogo Librorum Bibliothecæ Regiæ Sinicorum, denuò ad Grammaticæ calcem impresso.

In primâ hujus *Præfationis* parte vidisti, cum tunc temporis, id est, ab anno 1715. ad annum 1725. Lutetiæ Grammatica Sinica nulla omnino existeret, à me primùm, repertis *Clavium significationi-*

bus, & detectâ Dictionarii *pin çu tien*, hoc est *tonico*, lectione; & quoad voces, & quoad characteres, ex ipsis Doctorum Sinarum Dictionariis, summo & indefesso labore collecta & perfecta esse Dictionaria sex amplissima. Deinde ex his meis Dictionariis, quasi per se, egressam esse hanc ipsam novam, quam nunc edo, Grammaticam.

Collectanea mea anno 1726. & 1727. erant jam tot ac tanta, ut Cl. D. D. *Freretus*; at quantus Vir & de his ipsis, quas semper dilexit *Litteris Sinicis*, quàm benè meritus, Epistolâ quâdam id temporis datâ ad D. de *Foncemagne*, exclamaret: « *Vous avez senti vous-même* » *l'immense étenduë d'un travail tel que celui qu'a fait M. Fourmont, & je* » *puis vous assurer que moi qui me suis un peu mêlé de la Littérature Chi-* » *noise, je ne puis y penser, sans en être effrayé.* «

Scilicet per annos ferè decem, ex omnibus ferè Authoribus Sinicis Bibliothecæ Regiæ, apud me ad hoc tantum opus meum, Regis jussu depositis, (additi etiam postea plures à me à Sinâ accersiti) quidquid ad Linguam Mandarinicam primùm, dein quidquid ad Imperium Sinense, quoquomodo spectaret, excerpseram, nec postea excerpere desii, adeo ut *vocum Sinicarum*, *phraseôn Sinicarum*, *consuetudinum Sinicarum*, *rerum* denique & *locorum* Sinici Imperii omnium, *Adversaria* mea, immensa jam tunc exundarent: *characteres* porro ubique appositi, & *vocabula Sinica* simul Latinè, & unà cum tonis & interpretatione: quorsum istud omne? Notitiam brevem, primorum Bibliothecæ Regiæ *Librorum Sinicorum*, inchoaverat *Hoamgius*: nos his annis *Notitiam Librorum* omnino omnium, in Catalogo Regio amplissimam dedimus; At cum absque characteribus impressa fuerit, quantæ post Grammaticam necessitatis, ejusmodi Authorum Sinarum *Notitia*, per suos, per Librorum ab ipsis compositorum characteres? studia nostra, nonnisi ad assequendam illam eruditionem collimant; Grammatici, virique critici est, Scriptorum quorumcumque æstimationem, distinctionemque, & enarrare, & statuere: factum id hîc totum, Lector, ut, intellectâ Grammaticâ, statim fructum è labore tuo proventurum præsentires, & erat quidquam, quod à nobis commodius tibi, quod à maximo & Litterarum amantissimo Rege, magnificentius fieri unquam posset?

Sed annotanda hîc nonnulla.

1°. Cum in *Catalogo* nonnisi indicandi Libri essent, si qua *Notitia* longior, eam illicò abbreviatam: abbreviatam autem à quo? ab illustrissimo viro, & mihi ab ineunte ætate & per omnem vitam ad mortem usque amicissimo D. *Sevino*. Illi enim semper molestum fuit, quod *Sinicis* tandiu quodammodo immortuus, Opera mea alia, pretii cujusvis, ut ipse dictitabat, propter Sinam, viderer neglexisse, quod non erat tamen: at, quod semel inceptum, quî tandem reliquissem? & quod ad Catalogum satis esse poterat, quomodo satis, Lectoribus Librorum Sinicorum, hinc præcipuam *eruditionem Sinicam* aut deprompturis, aut saltem inchoaturis?

2°. Ex iis, quæ in hâc totâ Præfatione, & in *Meditationibus* Sinicis disceptata, quid inferendum tibi? *Voces* omnes *Sinicas* ambiguas esse, dum *characteres* rarò æquivoci, *monosyllabum* quodvis *characteribus* quamplurimis correspondere, non quatuor, non quinque, non duodecim, non viginti, non triginta, sed sæpe quadraginta,

draginta, aut quinquaginta, aut centum, aut ducentis, trecentisve. Itaque vocem Sinicam Latinis Litteris enunciatam vocem esse nihili, & significationis esse posse, absque accentu, omnino nullius: quin accentu ipso notata, ambigua adhuc, quia supersunt cum hoc vel illo accentu characteres quàm plurimi (in Dictionario *tonico*, tom. 1. nonne hī 1° tono *characterum* 48, kī 1° tono *characterum* 54) hoc autem illud monosyllaborum omnium esse; uno verbo, quod sæpius repeti non potest, quoniam Lingua Mandarinica *characteres* habet ferè innumerabiles, & *voces* usurpat numero tam paucas, quamquam omnium fermè pulcherrima sit, certè Lingua illa *universalis* tantopere requisita, tamen, quoad ejus indolem ac naturam, qualis sit aut esse possit, à viris etiam eruditis, nonnisi post multa colloquia, idque non ex Librorum præcisè, verùm ex ipsorum Dictionariorum inspectione cognoscitur, quod experientiâ ipse frequentissimâ didici. Quod hinc inferes, quia absque accentu ullo in Bibliothecæ Regiæ Catalogo impressus hic Librorum Sinicorum Catalogus fuerat, idcirco cum *characteribus* & *accentibus* ipsis Sinicis denuò & necessariò publicatum oportuit.

3°. In *Manuscripti* mei transcriptione ab amanuensibus, quæ *distinctio* posita à me fuerat, quò Libri Sinici mei, à me Bibliothecæ Regiæ additi, separarentur, eam prorsus omissam fuisse, miratus ego, mirati qui norânt Eruditi omnes, mirati ipsi postea & *Sevinus* & *Sallerius* amici mei. Omissio ista hoc loco facta non est, & à me Libros Sinicos 172. meos, in Bibliothecam Regiam illatos, condisces.

4°. *Notitiæ* olim ab *Hoamgio* exaratæ quædam fuerant, idque, hortante me, & in quibusdam etiam adjuvante quod chronologiam communem; sed & *paucæ*, quia Libri Sinici, numero tunc exiguo; & *breves*, quia eas in posterum ampliores effecturum se sperabat, quod vetuit mors. Et si in Chronologiâ correximus nihil, quanquam in *Sanchoniathone*, *Reflexions critiques sur les Histoires des anciens Peuples*, proposuerim novam, illud inde factum, quia res momenti nullius, & quia in hujusmodi *temporum* systematibus, unusquisque, quod sibi libitum, sectari amat, soletque.

5°. Quoad Librorum ordinem, in illo Bibliothecæ Regiæ *Catalogo*, Libros juxta ea tempora recensueram, quibus ad Bibliothecam Regiam pervenêre, quare? Duplicem ob causam, *primò*, Bibliothecæ Regiæ Historia cognoscenda, *deinde*, quibus Opus nostrum auxiliis perfici tunc posset, ac perfectum reverâ sit ante annum 1726, hoc est, Libris merè Sinicis, absque ullo Dictionario, aut Grammaticæ Europeæ auxilio, id verò constare necesse erat omnibus: at, quamquam post Meditationes Sinicas à nullo res ea negari queat, & si qui revocarit in dubium, extemplo convincatur, tamen ipsâ Librorum absentiâ, quodnam testimonium evidentius? advenêre quidem postea mihi aliunde *Grammaticæ* & *Dictionaria* & *Notæ* in Linguam Mandarinicam immensæ & infinitæ, ut vides & hîc & præcipue in *Meditationibus Sinicis*; sed quæ tunc quadamtenus inutiles, & quæ *nostras*, non destructas, non suppletas, confirmarent tantummodo. Eam ob causam hîc Catalogum eorumdem Librorum denuo impressum, juxta *rerum materias*, repræsentare non dubitavi amplius, atque hic *ordo* studiosis multò utilior.

Cæterùm, inter Libros tot, Authorum tot, generum tot, artium

tot, Philologicos, Philoſophicos, Hiſtoricos, Mathematicos, Medicos, Theologicos, Criticos, ut in omnibus æque incederem, in nullo ceſpitarem unquam, quî factum eſſet, cum Lingua hæc Mandarinica, propter characterum Sinicorum multitudinem, tam facilè ambigua? quamobrem, pro eâ, quam in omni vitâ profeſſus ſum, animi ſynceri ingenuitate, Sinas omnes, noſtros omnes Miſſionarios, ſi qui ad eam, quam oportet, labore ſuo provecti huc uſque fuerint, Librorum Sinicorum cognitionem, rogo & obſecro, etiam atque etiam, non ignoſcant (non hoc volo ſolùm, neque id mihi faceret ſatis, in hoc genere plura à me quam à quoquam patefacta certiſſimè ſcio) ſed cum diſcere ab omnibus percupiam, reprehendant, ac me, quem Diſcipulum ſuum benevolum invenient ſemper, eruditione ipſi ſuâ edoceant. Hoc poſtulo, tempore omni requiſivi, & adhuc requiro: ſi qui verò loquacitate quâdam malè tumidi, characterum hieroglyphorum ignari, in ipſis hieroglyphorum Libris, ac Dictionariis hoſpites, blaſphemant, quæ non intelligunt, ut jam quibuſdam accidit, indoctos ejuſmodi, nihili à nobis factum iri non diffidat Lector.

SUMMA OMNIUM.

Habes Grammaticam Mandarinicam duplicem, *opus* vigiliarum certè infinitarum, *Opus*, cur enim hîc tacebo amplius, exiſtimatum à permultis impoſſibile, ſed à me, etiam facile redditum; quod ſi ſcrupuli quid, ſi quid difficultatis aut hæſitationis eſſet ſuper, aperi quæſo oculos, & in hoc, qui Grammaticam ſequitur, Catalogo, inſpice, quanta ſit Litteraturæ hujus novæ merces.

Cum Grammaticas meas, Græcam, Hebraïcam, Arabicam, conſcripſi, hoc etiam curæ mihi fuit, ut, ſive in capite, ſive ad calcem, eſſet Catalogus, ex quo Authores Linguæ per Grammaticam exponendæ, ſaltem præcipui cognoſcerentur, atque id quodammodo neceſſarium: homines jam adultos, jam viros, ad eruditas Linguas addiſcendas pellicere ſatagimus, & Litteratura quidem Romana, Litteratura Græca, Litteratura Hebraïca, Litteratura Arabica, vaſtiſſimæ. Sed cum ad Imperii Sinici tam ſpatioſi, tam antiqui, tam per ſæcula omnia Artium & Scientiarum omnium amantis, atque unius, ex ipſâ ſuâ conſtitutione, *Doctos* unos, ad *munera* & *dignitates* evehentis, Litteraturam contenduntur, nihil omnino ſunt, & videntur ſtagna quædam exilia & ſemiarida, ac parvæ fluviorum aquæ, ad Abyſſûs magnæ amplitudinem, ſi Scripturæ verbis utar, vel ſi Homeri, *Iliad.* 5. ad aquas: ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.

Adde hoc loco, Scripturam illam æternam quaſi, ac prorſus divinam, certè admirabilem; nonne *Analogia characterum*, res inaudita, ac quodammodo ſtupenda? Homines noſtri illîc diverſis occupationibus diſtracti, quin etiam Mandarini ipſi, tum negotiis ſuis, tum Magiſtratuum ambitione implicati, in his plæriſque cæcutiunt, & Linguæ divinè inventæ uſu contenti, nec *vim characterum* Sinicorum omnem, quanta ſit, neque illud *Inventorum* ingenium, quanto vires humanas conſuetas intervallo ſuperarit, unquam ſatis attenderunt; & quid mirum, cum apud nos Docti quidam Litteras Gallicas, aut Latinas, aut Græcas profeſſi, eas tamen

non nisi è limine salutarint; neque unquam ad Musarum sint penetralia admissi?

In Sinicis vidi ego multa &, plura fortasse, quam quisquam Grammaticè; sed necdum, ut verisimile, vidi omnia, & occinit *Hippocrates* quotidie, *Ars longa*, *vita brevis*, & adveniunt Morbi temerè, ac tumultuatim.

Numquid præter tot tantaque Dictionaria, adhuc necessarium? Dictionaria duo aut tria imprimantur, etiam duo, unum *Tonorum*, *Clavium* alterum: quæ necesse est, possidebis omnia; *tertium* erit ad Linguas nostras Europæas in Sinicam convertendas, atque hæc priora duo, Deo dante, Regis jussu, excudentur brevi, dein cætera.

Sed quid si eximias quasdam, eâ ipsâ de re, *cogitationes* fuero etiam impertitus tibi? Esset quoque super, Opus quoddam magnum, post Dictionaria usualia, in Europæ gratiam edendum nobis, at trium aut quatuor, aut plurium etiam *in folio*, (chartæ enimverò hîc non parcendum) ubi comparerent *characteres* Sinici omnes, ex omnibus clavibus, simul scilicet, ut quotquot sunt à primis Authoribus, ex iisdem lineamentis compositi, iidem, secundum lineas suas & omnimodam similitudinem ordinati, in illâ parte unus, in hâc alter, ex omnibus unà *Clavibus*, aut *Tribunalibus* consisterent. Quorsum autem? Quo perspiceretur facilius, & *characterum* ipsorum *analogia*, & præcipuè eorum, qui rem tantam invenerunt, Authorum *mens* ac sagacitas. Dictionarium ejusmodi ab ipso τȣ haì piēn tentatum non est, & quamquam ex hoc ipso ejus opere latissimo, extrahi possint multa, quæ ad detegendam *primam* ipsam *characterum* Sinicorum *inventionem*, inservitura essent, tamen adhuc obscura sunt plurima.

Hæc cogitavi interdum ego, & eapropter, & in *Meditationibus Sinicis* id à me annotatum, *primis primorum characterum Sinicorum lineis*, *apud Sinas ipsos esse obscurius nihil*: & in *Dictionario* nostro *tonico* novum quemdam *characterum* Sinicorum ordinem habiturus es, σινικωτερον & αναλογικωτερον, quam apud cæteros. (Sinas ipsos dico, & Authores nostros quoscumque,) sed cum Dictionaria nostra tot tantaque sint, & ita etiam coordinata, ut quasi per concordiam, ipsa sibi invicem respondeant: hæc, quæ profero, de ipsâ omnium eorumdem characterum è regione componendorum subtilitate, nonnisi obiter, & quasi per transennam, ut quid fieri possit, etiamsi facturus fortè nemo postea sit, sentiatur.

At nonne, inquies, à primis illis Missionariis *Riccio*, *Trigaltio*, *Magalhane*, nonne à *Diaso*, à *Varone*, aliisque per diversas ætates elaborata, aut Dictionaria, aut vocabularia sunt? Nonne nuper in Sinâ ipsâ, novum quoddam est à Premaro amico tuo, ejusque sociis conscriptum, & qui tandiu in Sinâ constitere docti viri, & Linguis ediscendis assueti, unde est, quod ejusmodi opus non emiserint? non potuere primi illi: eò cognitionis nondum venerant: cogitarat quiddam Magalhanes, ut ex ipsius relatione constat, sed reliquit nihil, aut certè ad nos non pervenit. De (*a*) *Analysi* nescio

(*a*) J'ai eu dessein de me servir de ce Dictionnaire pour en faire un nouveau, dans lequel on auroit les *Analyses* & les sons divers de toutes les lettres. Mais un seul homme ne peut pas tout faire. J'aurois besoin d'aide, & je suis absolument sans secours. *Premar. Lettr.* 10. *Nov.* 1731.

quid meditatus *Premarus* fuerat; sed quantis eam in rem præjudiciis erat! quam huic eidem rei repugnantibus! sic nec potuit, nec rectè esset executus: illam ipsam, quam ab Authore τȣ̃ xuè ven desumere, & in quibusdam corrigere volebat, *Analysim*, impotentiâ quandam & invitus neglexit omnem, & quæ apud Missionarios communiora (*b*), secutus est, quomodo ad me ipse scripsit anno 1732.

Quod volo, Lector, id hîc tibi persuadeas, quæso, à me, ut in Grammaticâ omissum nihil, quo ad evolvendos Libros Sinicos indigeres, ita in vasto hoc eorumdem Regiæ Bibliothecæ Librorum Sinicorum Catalogo, (quod ex Dictionariorum, ex Librorum Classicorum, ex Librorum Historicorum, Geographicorumque omnium, ex tsûm kaó Notitiis, & aliis quibusdam, tute ipse concludes), tetendisse eò omnia, ut pedetentim, ad majorem in dies, & Linguæ tam magnificæ, & rerum Sinicarum tantarum ac tam illustrium cognitionem pervenires.


In *Dictionariis* verò meis, quamquam hîc ea res nondum agatur, & sive *Clavium*, sive *Tonorum*, ac *pronuntiationum* ordinem necessariò sequantur characteres Sinici: quod in aliis Operibus meis, de Linguâ Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, Arabicâ, cæterisque Orientalibus, est à me semper factum, ut *vocum* quarumcumque *origines* atque *etymologiæ* patescerent, id ubique ad explicandos Linguæ Mandarinicæ characteres esse à me accuratè observatum; jam diu enim est, cum opinio hæc ingenio inhæserit meo, & experientiâ vitæ omnis meæ confirmata sit, *eruditas Linguas* à nemine cognosci satis, quandiu vocabula tantummodo memoriâ retinet, neque eorumdem vocabulorum *Analogiam* perspexit; quid autem causæ esset, cur aliis Linguis exponendis tantam cautionem, diligentiamque adhibuissem? Linguam Sinicam Mandarinicam hâc in parte neglexissem, quæ omnium profectò φιλοσοφικωτάτη?

(*b*) N'ayant point trouvé dans la Mission de Dictionnaire Latin-Chinois, nous en avons fait un, le P. *Hervieu* & moi. Nous avons mis en Chinois presque tout ce que nous avons trouvé dans Danet : cela fait un grand volume d'un grand *in*-4°. par conséquent difficile à copier, & je n'oserois pas garentir, qu'il n'y eût aucune faute. *Premar. de Macao le* 5 *Octobre* 1733.

Sic Dictionarium meum Latino-Sinicum multò anterius, cum anni sit 1724 & 25. Vidi, & habeo nunc hoc illud idem Dictionarium: Danetii Latini merè Latini ordinem servat, idque omissâ omni significatione Gallicâ, substitutâ Sinicâ Sinicè: quomodo autem? absque ullâ characterum Sinicorum pronuntiatione, proin absque ullâ eorum, qui characteres constituunt ac determinant, *tonorum* mentione: ita Lectoribus omnibus, aut inutile, aut merè incommodum. Si Sinicè nesciunt, prorsus inutile est; si Sinicè norint, utile quidem, quoad voces Latinas Sinicis characteribus redditas; sed quam incommodum, quod & *pronuntiationes* & *toni* ubique divinandi, & si Dictionaria Sinarum ipsorum consulenda, ignoratis tonis, ad quamnam te sectionem conferre debeas, ignores omnino? Aliunde ars *Clavium*, ars *tonorum*, ars lectionis *Monosyllaborum*, ars analyseôs *Characterum*, ars *quærendorum* characterum, in antecessum omnino nulla.



PROSPECTUS



PROSPECTUS GRAMMATICÆ SINICÆ.

LIBER PRIMUS.

De Lectione, Sectionum 2.

SECTIO PRIMA.

De Vocabulorum Sinicorum Alphabethicis Litteris Scriptorum lectione, Articulorum 3.

SECTIO SECUNDA.

LIBER SECUNDUS.

De Nomine ac Pronomine. Sectionum 2.

SECTIO PRIMA.

SECTIO SECUNDA.

LIBER TERTIUS.

De Verbis.

SECTIO UNICA.

LIBER QUARTUS.

SECTIO PRIMA.

Articulorum 9.

SECTIO SECUNDA.

LIBER QUINTUS.

SECTIO PRIMA.

SECTIO SECUNDA.

SECTIO TERTIA.

SECTIO QUARTA.

SECTIO QUINTA.



GRAMMATICA



SINARUM
LINGUÆ MANDARINICÆ
GRAMMATICA DUPLEX.

MEDITATIONUM Sinicarum Præf. pag: 23. Grammaticæ hujus Sinicæ qualis primùm à me exarata Gallicè fuerat, & ab Illustrissimo Viro Joanne Paulo Bignonio, anno Christi 1729, in Bibliothecâ Regiâ deposita, brevem quamdam delineationem habuisti. Ita autem illic ostensa tibi ejus Analysis, ut tractationem de Linguâ Sinicâ amplissimam esse, quod reverà est, intellexeris: Etenim in *primâ* parte, de iis qui eandem Linguam in Europâ delibaverunt Authoribus, differui: in *secundâ*, ex ipsis Scriptoribus Sinicis, Characterum ac Vocabulorum Sinicorum naturam deprompsi: In *tertiâ*, Grammaticam propriè dictam, hoc est, Doctrinam de *Nominibus*, *Pronominibus*, *Verbis*, *Particulis*, *Adverbiis*, *Syntaxi*, exposui totam: Sed cum ex illo ipso *Meditationum Sinicarum* Tractatu, qui à me in lucem jam editus, & ii Authores saltem indicati breviter, & Linguæ Sinicæ indoles descripta non indiligenter fuerit, imo, cum, quæ ad ejusdem Linguæ Mandarinicæ Characteres ex variis Grammaticorum Sinarum Dictionariis finicè legendos pertinent, (quia id ante omnia, necesse erat, audires; atque hactenus præclara illa *Hieroglyphicorum* legendorum Ars, apud Europæos inaudita remanserat) cum ea (inquam) satis exactè explanata jam præceperis: hîc nunc tibi, non nisi tertiam illam partem, hoc est, Grammaticam, propriè dictam, sed accuratè, sum explicaturus. Itaque

---

OPERIS PARTITIO.

HOc Opus, aut potius illa ipsa amplissimi Operis mei Pars, ne Lectorem σινοφιλον, atque ad legendos ipsos Authores Sinas quodammodo anhelantem retardemus, nunc complectetur Libros quinque, at breves satis, & erunt

Primus, de *Lectione* ex characteribus nostris.

Secundus, de *Nomine* ac *Pronomine*.

Tertius, de *Verbo*.

Quartus, de *Particulis*.

Quintus, de *Syntaxi*. Cui addentur *Cycli* & *Exercitatio*.

Jam dividetur Liber unusquisque in *Sectiones* & *Articulos*. Proponentur verò omnia, ita ut ad Europæorum Methodos, facilitatis gratiâ accedant quàm proximè. Sit ergo tibi:



LIBER PRIMUS.

DE LECTIONE.



SECTIO PRIMA.

De Vocabulorum Sinicorum Alphabeticis Litteris Scriptorum Lectione.

ARTICULUS PRIMUS.

De Pronunciatione, & de Europæo Charactere ad efferenda Vocabula Sinica maximè idoneo.

1°. IN unaquâque Linguâ cognoscendæ primùm Litteræ, & sic apud Latinos, Græcos, Hebræos, Chaldæos, Arabes, Persas, Indos, Tartaros, proceditur; sed Linguæ *Sinicæ* ratio prorsus alia; Alphabethum quale fit apud nos, certo, nec magno Litterarum numero, norunt nullum. 2°. Famosi illi, qui vocantur *Characteres Sinici*, sonum per se nullum offerunt: *Figuræ* sunt tantummodo, eæque universales, & quæ propriè ad hanc, potius quàm ad ullam aliam Linguam non pertineant; uno verbo *hieroglyphicæ*, ac proinde imagines *Rerum*, non *Vocum* repræsentativæ, quarum occasione, seu ad quarum præsentiam, sonos Linguæ suæ pronuntiant *Sinæ*. Harum igitur *Figurarum* ordinatio, quia apud Sinas vigent, ad eorum Linguam accomodata est, & solent in toto Imperio suo *Sinæ*, Characteri unicuique *hieroglyphico* hunc & illum sonum, non alium, adaptare, ex *Linguæ* nimirum seu *Locutionis* suæ legibus, quod Grammaticam Sinicam constituet hîc nobis, tum juxta *sonos*, tum juxta *characteres* illis sonis respondentes exprimendam.

Itaque cum Lectio seu Pronuntiatio ex uno Characterum aspectu apud Sinas fieri solita, Litteris hîc nostris tradi tibi debeat, quanquam eâ de re jam in *Meditationibus Sinicis* egerim, ibique *sonos* omnes omnium *vocum* Sinicarum tradiderim; tamen hoc etiam loco id nobis efficiendum est, majoris facilitatis gratiâ, ut, quæ ad eorumdem *vocabulorum* prolationem spectant, ea, in unam hanc Sectionem collecta, contemplari queas.

Quam ob causam, ut de eâ quam sequemur *Pronuntiatione* certus sis, tametsi variarum gentium Alphabethis efferri possint vocabula *Sinica*, verbi gratiâ, Italico, Germanico, Gallico, &c. tamen cum *Riccio*, *Martinio*, *Kirkero*, *Mullero*, *Bayero*, Missionariis plærisque, uno verbo, Doctis fere omnibus, scriptura Linguæ Mandarinicæ accommodatior visa nulla sit quàm *Lusitana*; tene hoc primùm, eidem nos Pronuntiationi, & in Meditationibus adhæsisse, & in hac *Grammaticâ*, atque in ipsis deinceps *Dictionariis* adhæsuros.

Hoc etiam monitum Lectorem velim, in Collegio Ludovici Magni extare Alphabethum quoddam sculptum, nobis olim à Clarissimo Viro ejusdem Collegii Bibliothecario *Soucieto* mutuo datum, in quo syllabæ nostræ omnes

Ba be bi bo bu
Da de di do du
Ra re ri ro ru

comparent, Characteribus Sinicis efformatæ: sed ejusmodi Alphabetha apud Sinas esse planè nihili, nec nisi ex importunâ Europæorum interrogatione orta, Sit ergo nunc

ARTICULUS II.

De Linguæ Sinicæ Vocalibus.

IN omni Linguâ conſiderandæ primùm *Vocales*, quæ apud Sinas, quomodo apud cæteros Orientales, *Matres Lectionis* vocari poſſent; ſed vide infra.

Vocales apud alias Gentes ſunt, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, & ultima hæc, eſt, vel *ou* ſeu ȣ, vel ù Gallicum.

Apud Sinas adduntur

1°. *am*, *em*, *im*, *om*, *um*;

2°. *an*, *en*, *in*, *on*, *un*

quod etiam apud nos à magnis Authoribus factitatum.

Nunc quoad differentiam τῶν *u*. Quod ſine puncto eſt, erit ȣ ſeu *u* Germanicum, ut in verbis Gallicis, *douter*, *fouler*, *mouler*.

ù cum puncto erit *ů* Gallicum, ut in verbis *aſſurer*, *futé*, *luxe*.

Jam ſcito *n* in fine ſemper ſonantem eſſe, ita ut *lan*, *man*, *pan*, idem ſit quod Gallicè ſcriberes *lane*, *mane*, *pane*, *e* nempe muto; *lan* ergo erit *lâne*, quomodo eſt noſtrum *panne*, *lùn*, quomodo *lune*, &c.

M contra eſſe ſoni ſubſiſtentis & quaſi repreſſi, præcisè ut apud Germanos in nominibus per *ung* terminatis, & hinc eſt, quod, quæ vocabula Sinica in *m* apud Kirkerum & nos deſinunt, eadem à Germanis ſcribantur per *ng*: Idem ergo erit *lam* & *lang*, *pam* & *pang*, *g* ſcilicet non pronuntiato, idque ita ut *m* in iiſdem vocabulis fiat noſtrum *n* vocum Gallicarum *fin*, *vin*, *fan*, *attention*, ubi *n* quieſcit, aut noſtram *m* in priori ſyllabâ vocum *camper*, *impoſer*, *ombrage*, &c. & finalis vocum *faim*, *daim*, *dom*.

Inde fiunt *Vocales duplices*, ac *triplices*, & quaſi *Diphthongi* ac *Triphthongi*.

1° *Duplices*.

Sic	ex a	fit	ai, ao.
	ex e		eo *rarum*, eu.
	ex i		ia, ie, io, iù.
	ex o		oa, oe.
	ex u		ua, ue, ui.

Et iterum additis *n* & *m*

ex ea	*inuſ.*	eam.
ex ia		ian, iam.
ex ie		ien.
ex iù		iùn, iùm.
		& iulh. *vulgo* ulh. *aut* lh.
ex oa		oan, oam.
ex ua		uan, uam.
ex oe		oen.
ex ue		uen, uem.
ex uo		uon.

2°. *Triplices.*

Sic	ex ea	*inuſ.*	eaò.
	ex ie		ieu.
	ex iu		iue.
	ex oa		oai, oei.
	ex ua		uai, uei.

Et iterum addita *n*.

ex iue	iuen.

En tibi *Vocales* Sinarum omnes, eaſque exactiſſimè, atque ex ipſis Sinis Doctoribus deſcriptas; *Notæ* tamen adjiciendæ hîc paucæ.

1°. *e* apud Sinas duplicem, *apertum*, ut in Latinâ voce *res*, &c. *Maſculinum*, ut in voce *pauvreté*, *charité*.

2°. *i* in multis vocibus craſsè legi, quaſi duplex eſſet, & ſic ad *e* accedere, unde apud Authores Europæos *hoê* non rarò pro *hoei* reperias.

3°. ù cum puncto, ſi ſolum ſit, eſſe ad *i* vergentem, çù legitur çe.

4°. Omnes *vocales*, etiam *duplices*, etiam *triplices*, etiam additis *m* & *n*, non niſi uno tenore pronuntiandas, ita tamen ut, quæcumque ſcripta ſunt, raptim ſonent. *Kieu* ergo non erit *Ki-e-u*, ſed Kieü.

5°. In quibus *u* & *i* ante aliam vocalem reperiuntur, verbi gratia, *iu*, *iue*: eas ita vulgò efferri, ut *i* ferè evaneſcat, atque hoc modo ex *iu* reſtare ù, ex *iue ue*; hinc ex *fuen* fieri *fen*, ex *puen pen*, ex *kiue kue*, ex *kiuen kuen*, &c.

ARTICULUS III.

De Linguæ Sinicæ Conſonis.

COnſonæ variis variarum Gentium Grammaticis variè traditæ, & variè tradi debuere.

Alphabethum *Conſonarum* apud Sinas nullum eſſe autumarunt multi, ac reverà per ſe in Linguâ characteriſticâ nullum

eſſe poteſt ; ſed & ad Doctrinam ſupponi oportuit, & à Sinis ſuppoſitum eſt, quod à plærisque ignoratum, admirationi fuit mihi non ſemel. Eæ igitur quæ *Conſonantes* ſunt apud Sinas Litteræ, quo in Meditationibus Sinicis, Cap. 12. pag. 54. eodem ipſo ordine primum hîc tibi à nobis afferentur. Tu conſule, quomodo fecimus, Dictionaria merè Sinica, nullum enim eſt, quod eâ de re non agat, idque diſtinctiſſimè.

CONSONARUM 36.

ordo	poteſtas	nomen	ordo	poteſtas	nomen	ordo	poteſtas	nomen	ordo	poteſtas	nomen	ordo	poteſtas	nomen
1	K	kíen	9	ch	chí	17	f	fī	26	ch	cháo	35	l	laî
2	k̆	k̆ī	10	ćh	ćhĕ	18	f	fū	27	ćh	ćhuēn	36	g	gĕ
3	k̆	k̆īun	11	ćh	ćhîm	19	f	fùm	28	ćh̄	ćhuâm			
4	nh	ŷ nhî	12	nh	nhiâm	20	v	vî	29	x	xìn			
									30	x	xén			
5	ť	ťuōn	13	p	pām	21	ç	cīm	31	y	ỳm			
6	ť	ťéu	14	ṕ	ṕām	22	ć	ćīm	32	h	hiào			
7	ṫ	tím	15	p	pím	23	ç	çûm	33	y	yú			
8	n	nî	16	m	mîm	24	ſ	sīn	34	h	hiă			
						25	ſ	sîe						

NOTA.

Si *Meditationes Sinicas* adieris, *pag.* 54.

1°. Videbis *Conſonas* à Grammaticis ita ordinatas, prolatas, nuncupatas.

2°. Scies cur multiplicatæ hoc loco ejuſdem organi Litteræ ; item quiſnam earum character ſit, dum interea hoc vel illo charactere exprimi ſemper poſſe, non oblitus fueris.

3°. Organa uniuſcujuſque à Sinis accuratiſſimè indicari, quomodo in Grammaticis Hebraicis apud Abeneſram, aut Kimchium aut Buxtorfium, quod noſtri animadverterunt nunquam.

4°. Tamen, remotâ illâ, quam illîc habes Sinarum ſubtilitate, de vocum per organa efformationibus ; ordinem nos alium, eumque, ut putamus, faciliorem propoſituros hîc tibi.

Verus Conſonarum Sinicarum Ordo.

Erit & eſſe debet

1°. Labialium 4.	m. p & ṕ. u, v. f.	Apud Hebræos בומף
2°. Lingualium 3.	t, ť. l. n.	Apud Hebræos דטלנת
3°. Palatialium 4.	y. j. g, ng. k, k̆.	Apud Hebræos גיכק
4°. Gutturalium 1.	h.	Apud Hebræos אהחע
5°. Dentalium ac Sibilantium. 4.	ſ. ç, ć. x. ch, ćh.	Apud Hebræos. זסשרץ

NOTÆ.

Hinc colliges in Alphabetho hoc *ſuppoſito*, & à Sinis docendi tantum cauſâ invento, deeſſe Litteras tres :

1°. E Labialibus B
2°. E Lingualibus D
3°. E Dentalibus R

Quod

Quod memoriâ teneas, intereſt maximi, ſi nomina propria cæterarum Regionum in Libris Sinicis enunciata agnoſcere volueris. Aberunt enim ſemper ejuſmodi litteræ, ſic pro *Samarcanda*, erit *Samahanya*: pro *Petro* erit *Petolo*: pro *Adamo* erit *yatam*: pro *Timure tie-mo-ul*, pro *Maria ma-li-ya*: pro *Chriſto Ki-li-ſu-tu-ſu*: pro *ſpiritus ſu-pi-li-tu-ſu*: pro *gratia nge-la-ſia*: pro *cublai ho-pi-lie* aut *ho-pi-lai*, &c. Quidquid eſt nominum extraneorum Characteribus Sinicis expreſſum, id niſi monitio hæc eſſet prævia, fac credas iri à te intellectum nunquam, & propter harumce vocum in pronuntiando diverſitatem, à noſtris tamen ubi de Chriſtianâ Religione agunt neceſſariò adhibendarum, ipſos Miſſionariorum Libros non rarò eſſe lectu difficiles.



SECTIO SECUNDA.

DE SYLLABA.

Articulus Primus.

De Vocabulorum Sinicorum naturâ generatim, eaque Monoſyllaba eſſe omninò omnia.

APud Gentes cæteras ſyllabæ ſunt utrinque, id eſt, ita ut inter vocales conſonis adjungendas, vocalis nunc præcedat, nunc ſequatur, & vice versâ.

Dicimus nimirum Latinè, ut *albus* ſic *labium*, ut *adire* ſic *cadere*, ut *ululare* ſic *lupus*, ut *inter* ſic *nitor*, &c. ubi vocalis eadem conſonæ ſuæ vel præponitur, vel poſtponitur:

Sic habetur *ap*, *ep*, *ip*, *op*, *up*.
quomodo *pa*, *pe*, *pi*, *po*, *pu*.
am, *em*, *im*, *om*, *um*.
quomodo *ma*, *me*, *mi*, *mo*, *mu*.&c.

Atque ex infinitis ſyllabarum utrinque combinationibus Dictiones in Linguis ferè omnibus exiſtunt & infinitæ & generum omnium, aliæ ſyllabæ unius, aliæ ſyllabarum duarum, aliæ trium, aliæ quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, qualia hæc nomina *Combinationibus*, *mirabiliſſimorum*, *Conſtantinopolitanorum*.

Sed apud Sinas ordinatio omninò alia.

1°. *Voces ſunt monoſyllabæ omnes.*

2°. à *conſonâ incipiunt omnes*, à *vocali nunquam.*

3°. *Nunquam etiam in conſonam deſinunt.*

Nunquam ergo reperies
nec *af*, *ef*, *if*, *of*, *uf*.
nec *pal*, *pel*, *pil*, *pol*, *pul*.
pat, *pet*, *pit*, *pot*, *put*.
naf, *nef*, *nif*, *nof*, *nuf*, &c.

Hoc primùm: *deinde* ſi quod nomen extraneum ab *a*, vel *e*, vel aliquâ ullâ vocalium incipiens, ſinicè reddendum ſit, quale *Adamus*, *Antonius*, *Intercetta*, *Eloha*, ſtatim vel truncatur, vel per *ya*, *ye*, *yi*, *yo*, *yu*; vel per *ha*, *he*, *hi*, *ho*, *hu*; exponitur.

Atqui ex iis quas jam legiſti obſervationibus, conſequuntur aliæ multæ in hâc Sinicâ oris Linguâ præſertim annotandæ; ſcilicet 1°. quæcumque uniuſcujuſque conſonæ cum unâquâque vocali factæ conjunctiones fuerint, Linguam oris Sinicam, nonniſi monoſyllabicam exurgere unquam poſſe.

2°. Cum quæcumque conjunctiones ſyllabarum poſſibiles eſſent, eæ non fiant omnes, (deſunt præſertim per vocabula è diphthongis ac triphthongis compoſita): eadem monoſyllaba numerum 326, 328, aut paulò ampliorem non excedere.

3°. Quia Lingua in hoc orbe nulla eſt, aut eſſe poteſt, quæ voces ſuas ultra 328 non proferat, idque in Gente politiſſimâ, & populoſiſſimâ multò minùs factum; ideò multiplicata vocabula eſſe per tonos, quos infra viſurus es.

4°. Cum ii Toni ſint quinque, inde ſtatim effecta vocabula ad minùs 1400 vel 1600, & ſic Linguam humanis ſer-

monibus communem, nec contemnendam efformatam. Voces enim huic & illi Populo vulgares rarò ultrà 1400, aut 1500.

5°. Quanquam & res & artes novæ, per varia sæcula inventæ sint, tamen eadem vocabula vulgò ejusdem Toni, certè ejusdem pronuntiationis semper remansisse, ita ut deinde omnes eædem & res & artes, imò & rerum modi & artium labores, quin etiam diversæ hominum cogitationes, excogitatis tantum novis characterum novorum figuris, iisdemque semper juxta eandem normam, quod omninò admirandum, semper declararentur.

Articulus II.

Catalogus, seu Index Vocabulorum Linguæ oris Sinicæ omnium, juxta Lusitanam, id est, receptam apud omnes pronuntiationem.

Scimus apud varias gentes pro variis earumdem Alphabethis, variam esse posse vocabulorum Sinicorum scriptionem.

yeù	*habetur.*	有

6°.

tō	*multum*	多
&		
xaò	*paucum*	少

Sic cum exprimere volunt *amplius* & *numerum majorem*, utuntur tō ante numerum.

Exempli gratiâ,

tō	*amplius*	多
leàm	*duabus*	兩
ċiên	*regalibus.*	賤

2. *Reales de plus.*

çaî	*eſt in*	在
hîm	*procedendo*	行
tō	*amplius*	多
çú	*duplici*	次
pú	*paſſu.*	步

Gallicè, *il avance deux pas de plus.*

Eodem modo xaò *minus.*

xaò	*minus*	少
úlh	*duobus*	二
leàm	*regalibus.*	兩

Gallicè *deux réales de moins.*

7°.

yĕ 一

fă 發

& yuĕ 越

fă 發

Exempli gratiâ : *quò magis eum impedio, eò magis venit.*

ngò *ego* 我

çù *impedire* 阻

tă, *illum,* 他

yĕ *unâ* 一

yuĕ vel *superare* 越

fă *pullulatione* 發

laî *venit.* 來

8°. superest

hô 何

hoám 況

sed cujus exempla rariora : Consule ergo Dictionaria nostra.

NOTA.

1°. Ut in comparationibus sæpe adhibetur

pì 比

sic plærumque, ubi non adest, subintelligi.

2°. yû 於

esse, ad, comparatione factâ cum, &c.

3°.

pŏ 不

kò 可

& pŏ 不

tĕ 得

in comparationibus etiam usurpari, sed ita ut subaudiatur verbum *posse, pertingere*, aut aliud hujusmodi.

4°. Comparationes propriè dictas inter duas orationis partes fieri per particulas identitatis, ut

yĕ	一
puōn	般

aut aliam quamvis, bis repetitam.

5°. Quomodo supra post tō & xaò quæ propriè positiva sunt, si numerus postponatur, fiunt quodamtenus *comparativa*, ita in iis quæ ad mensuras pertinent omnibus, magnis, parvis, curtis, longis, angustis, latis, &c. per monosyllabum adjectivè exponendum fieri *comparationem* posse, dum sequatur rei *numerus* vel quantitas. Sic

tá	*magnus*	大
yĕ	*una*	一
ćiĕ	*parte.*	切

id est,
major unâ parte,
plus grand d'un tiers.

tuòn	*curtus*	短
sān	*tribus*	三
ćūn	*pollicibus.*	寸

plus court de trois pouces.

kaō	*altus*	高
yĕ	*uno*	一
chám	*tabulato.*	長

plus haut d'un étage.

Atque hæc sunt ferè quæ de *comparativis* observari possunt.

2°. *Superlativa.*

Fiunt etiam *Superlativa* vel particulis vel periphrasibus huic usui propriis ac destinatis, quæ vel præponuntur tantum numero 8, vel tantum postponuntur numero 5, vel utriusque conditionis esse possunt numero 3.

Particulæ præpositæ 8.

Sunt 1°.

chí		至
civĕ	2°.	絕
çùi	3°.	最
háo	4°.	好
tí	5°.	替
yĕ	&	一

6°. ťái

6°.

tái 太

7°.

xám 上

8°.

xĕ 十

fuén fén 分

Particulæ poſtpoſitæ 5.

1°.

pŏ 不

kúo 過

2°.

tĕ 得

hèn 限

3°.

tĕ 得

kiĕ 極

4°.

tĕ 得

kìn 緊

5°.

táo 道

kiĕ 極

Particulæ aliquando præpoſitæ, aliquando poſtpoſitæ 3.

1°.

yĕ 一

tèm 等

2°.

kiĕ 極

3°.

çín 盡

Exempla omnium ſatis frequentia.

1°.

Præpoſitarum 8.

1°.

chí, *ſupremè*, 至

tres.

Sic

chí	*supremè*	至
xím.	*sanctus.* id est, *sanctissimus.*	聖

2°.

çiuě (tsuě,)	*summè* Gall. *tres.*	絕

Sic

çiuě	*summè*	絕
pě	*albus.*	百

3°.

çúi,	*summè* gall. *tres.*	最

çúi	*maximè*	最
kaō	*altus.*	高

Hoc in scriptis usitatissimum, in familiari sermone rarissimum.

4°.

haò,	*benè, maximè.*	好

haò	*maximè*	好
kieù	*diu*	久

un grand tems.

haò	*benè*	好
kì	*aliquot*	幾
çaō	*vicibus.*	遭

assez grand nombre de fois.

5°.

tí	*substitutione, gradu, seu gradatione*	第
yě,	*primâ.*	一

tí	*gradu*	第
yě	*primo*	一
çūm	*perspicax*	聰
mîm,	*& doctus.*	明

tí	*gradu*	第
yě	*primo*	一
haò	*bonus. omnium optimus.*	好

tí	*gradu*	第
yĕ	*primo*	一
tá	*magnus*	大
gîn.	*vir.*	人

magnorum virorum primus.

6°.

ťái,	*maximè*	太
ťái	*magnitudine summâ*	太
tō,	*multus.*	多

excessif.

ťái	*excessivè*	太
tá	*magnus.*	大
ťái	*excessivè*	太
siaò,	*parvus.*	小
ťái	*excessivè*	太
haò,	*bonus.*	好

7°.

xám,		上

utuntur præcipuè ad dignitates exprimendas.

Sic

xám	*supra*	上
haò,	*bonus,*	好
xám	*supremi*	上
tèm	*gradûs*	等
tiĕ,	*qui.*	的

d'un degré supérieur.

xám	*supremæ*	上
haò	*bonitatis*	好

tiĕ	(explet.)	的
çieù (tſioù.)	*vinum.*	酒

du meilleur vin.

xám	*ſuprema*	上
haò	*bonitatis*	好
tiĕ	(gen. expl.	的
gîn.	*vir, homo.*	人

8°.

xĕ (xĭ)
fuén (fén)

Sic

xĕ	*decem*	十
fuén	*partibus*	分
chī	*ignorans.*	痴
	&	
chī		癡

ignorantiſſimus.

xĕ	*decem*	十
fuén	*partibus*	分
gĕ	*calidus.*	熱

calidiſſimus.

xĕ	*decem*	十
fuén	*partibus*	分
lém	*frigidus.*	令

frigidiſſimus.

2°. *Poſtpoſita* 5.

1°. pŏ	*non*	不
kúo	*tranſire.*	過

ita ut nihil ultrà.

miáo	*mirus*	玅
pŏ	*non*	不
kuó	*tranſeat.*	過

ut nihil tranſeat.

2°. tĕ hén

2°. tĕ hén (hién.)

miaó	*mirus*	玅
	(*qui*)	
tĕ	*attingat*	得
hén	*terminum.*	限

admirabilis ita ut attingat ad terminum.

3°.

tĕ	*attingere*	得
kiĕ	*supremum.*	極

Sic

chīn	*verus*	眞
	(*qui*)	
tĕ	*attingat*	得
kiĕ	*supremum.*	極

4°.

tĕ	*attingere*	得
kìn	*cœlum.*	緊

tiēn	*Dei*	天
chù	.	主
kiáo	*Lex*	教
xí	*est*	是
chīn	*vera,*	眞
	(*ita ut*)	
tĕ	*attingat*	得
kìn.	*cœlum.*	緊

5°.

táo	*pervenire ad*	道
kiĕ	*supremum*	極
	sic	
ngŏ	*malus*	惡
táo	*usque ad*	到 (vel 道)
kiĕ.	*supremum.*	極

O

Particulæ aliquandò præ-pôsitæ, aliquandò post-pôsitæ.

1°.

yĕ	*primi*	一
tèm,	*ordinis.*	等

Sic

yĕ	*primo*	一
tèm	*ordine*	等
haò	*bonus.*	好

&

haò	*bonus*	好
yĕ	*primo*	一
tèm	*ordine.*	等

vel *primi ordinis.*

2°.

kiĕ		極
kiĕ	*supremè*	極
ĉhâm	*largus.*	長

&

ĉhâm	*largus*	長
kiĕ,	*supremè.*	極
kiĕ	*supremè*	極
kaō	*altus.*	高

&

kaō	*altus*	高
kiĕ	*supremè.*	極

Cum kiĕ 極

significet *supremè, ad summum*, & Gallicè *au plus*, eo utuntur Sinæ subsequente,

xaò 少

quod est *ad minus saltem*, sic ut dicas, *saltem per annum semel*, Gallicè *au moins une fois l'an*, dicunt

moéi	*unoquoque*	每
niên.	*anno.*	年

kiĕ | *supremè* | 極
xaò | *minus.* | 少

Quod fortè vertendum esset, *unòquoque annò ad minus supremum*, aut de verbo ad verbum *ad supremitatis minoritatem*; quæ phrases Sinis omninò peculiares.

3°.

çín, *omne, totum, ad finem usque.* 盡

Itaque

xuĕ | *dicere* | 說
pŏ | *non* | 不
tĕ | *attingit* | 得
cín | *omnia.* | 盡

dici omnia nequeunt.

quæ locutio ad superlativa referenda est.

De aliis quibusdam Superlativorum modis.

Quamquam hæc jam satis multa, quia tamen ex periphrasi plæraque: alias quoque usitatas comparandi formulas adjicere placet.

1°. Duplica monosyllabum adjectivum, vel unà cum tiĕ in fine, vel etiam sine tiĕ, & habebis superlativum.

kaō | *altus* | 高
kaō | *altus* | 高
tiĕ | *qui.* | 的

id est, *altissimus.*

héu | *postremus* | 後
héu. | *postremorum.* | 後

Gallicè, *le dernier des derniers.*

kò | *convenientissimus* seu | 可
kò | *maximè conveniens.* | 可

2°. Fieri potest per

xín 甚

xín | *maximè* | 甚
haò. | *bonus.* propriè *num bonus.* | 好

3°. Si *Adjectivum* seu *Monosyllabum* adjectivè sumendum præposueris,

tá	*magnæ*	大
tě	*virtutis.*	德

Exemplum.

tá	*magnæ*	大
tě	*virtutis*	德
puén.	*fundamentum.*	本

principale, *principaliſſimum*, &c.

4°. Pro xě fuén. *de quo ſupra*, *uſurpari poteſt.*

xě	*decem*	十
fām.	*partibus.*	方

Addito ſemper monoſyllabo Adjectivum facturo.

5°. In Libris non rarò adhibetur

chī		至
	cum	
yǔ		與

uſque ad.

6°. Denique phraſim ſuperlativè inſervituram habes.

gîn	*ex hominum*	人
chūm	*medio*	中
tí	*ordinari* (ſi ex ordine capiantur)	第
yě	*unus*	一
tá	*magnus*	大
tiě	*qui.*	的

ſupple *erit hic* vel *ille.*



ARTICULUS VIII.

De Nominibus Numerorum.

IN unâquâque Linguâ nomina numerorum quasi segregata, & propter usûs frequentiam ferè irregularia.

Apud Sinas observanda duo,

1°. cum vocabulum omne monosyllabum sit atque hinc indeclinabile, vocabula numeris propria ejusdem cum cæteris naturæ esse oportere.

2°. Quomodo in aliis Linguis post numerum 10, ut fiat 11, 12, 13, &c. resumi eos qui dicuntur cardinales, & quomodo post 10, ad 20 efformandum, adhibetur 2 cum 0, ad 30, 3 cum 0, &c. Ita etiam & præcisè eodem modo apud Sinas per characteres fieri.

yĕ.	1.		一
ùlh.	2.		二
sān.	3.		三
sú.	4.	*olim.*	亖
		nunc	四
ù (où)	5.		五
lŏ (lŭ)	6.		六
çiĕ (thsĭ)	7.		七
pă	8.		八
kieù (kioù)	9.		九
xĕ (xĭ)	10.		十

Post *numeros* simplices, veniunt 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, &c.

Itaque numeros hosce omnes efficit

xĕ, 10 repetitum. 十

sic

xĕ, yĕ — 11. 十一

xĕ, ùlh — 12. 十二

xĕ 十 13, &c.

sān, 三

Tum ad 20 resumitur, ut dixi, idem xĕ post ùlh, cum numeris cardinalibus. Sic

ùlh 二 20.

xĕ; 十

ùlh 二

xĕ 十 21.

yĕ, 一

ùlh 二

xĕ 十 22.

ùlh, 二

ùlh 二

xĕ 十 23, &c.

sān, 三

sān 三

xĕ, 十 30.

sān 三

xĕ 十 31, &c.

yĕ, 一

& sic de cæteris. Centum, 100, est

yĕ 一 100.

pĕ, 百

& sic pergunt:

pĕ 百 101, &c.

yĕ, 一

pĕ 百
ùlh. 二 102, &c.

Et in numeris ſuperioribus veniunt

çiēn, 1000. 千

ván 10000. 萬

ý 100000. 億

chaó 1000000. 兆

kīm 100000000. 京

kaī 1000000000. 垓

De his ultimis videbis in Dictionario tonico

chaó, *pag.* 194. 兆

Una hîc addetur Nota, in *ordinalibus* adeſſe ferè ſemper

tí 第

tí 第
yĕ, 一 *primus.*

tí 第
sú, 四 *quartus*, &c.

Atque hæc de numeris ſufficiant, quanquam generatim tractata : quæ ut in Meditationibus Sinicis innuimus, per ſe & à quolibet illicò divinantur.

Sed in hujus Grammaticæ fine, erit Caput de numerandi ratione ſingulare, ubi de variis Sinarum Cyclis, de Annis, de Menſibus, ſemi-Menſibus ; res enim hæ omnes apud Sinas, quàm apud cæteros mortales multò majori curioſitate dignæ.





SECTIO SECUNDA.

DE SINARUM PRONOMINIBUS.

IN Linguis Græcâ, Latinâ & Vulgaribus, *Pronomina* sunt.

Primitiva ego nos
tu vos
ille illi

Possessiva. meus noster
tuus vester
suus illorum

Apud Orientales sunt *affixa* seu *inseparabilia*, & mutationes nonnullas apud Hebræos, Chaldæos, Arabas patiuntur.

Sed quod Linguis omnibus commune esse potest, divisio *Pronominum* Philosophica fit triplex.

In *Personalia.*
In *Demonstrativa.*
In *Relativa.*

1°. *Personalia* autem sunt
vel *primitiva*
vel *derivativa*
idque vel primæ personæ.
vel secundæ.
vel tertiæ.

Primitiva quæ *personalia* propriè dicta, ut *ego*, *tu*, *ille*.

Derivativa, quæ *personalia* possessiva, ut *meus*, *tuus*, *suus*.

2°. *Demonstrativa*, sunt autem
vel rei propinquæ,
ut apud Latinos *hic*, *hæc*, *hoc*.
apud Græcos οὗτος, &c.
vel rei remotæ
ut *ille*.
ἐκεῖνος.

3°. *Relativa* : hac voce intelliguntur 1°. aliquando, *ille*, aut pronomen demonstrativum, quod in phrasi posteriori & aliam subsecutâ, ad substantivum antecedens refertur.

2°. Sæpissimè *qui*, *quæ*, *quod*.
Gallicè *lequel*, *laquelle*.

Et huic verè ac propriè *Relativo* adduntur apud Latinos *quisque*, *quisquam*, *quicumque*, *quivis*, *quilibet*, item interrogativa *quis*, *quæ*, *quid?* *quisnam*, *quidnam*, *quotusquisque?*

Atque hæc est solita Pronominum divisio, quæ cum à naturâ proficiscatur, sive per seipsa, sive in suis, ut vocant, modificationibus, apud Sinas eadem reperiatur necesse est.

Pronominibus etiam accensentur, *alius*, *alter*, *omnis*, *totus*, *universi*, &c.

Sit ergo :

ARTICULUS PRIMUS.

De Pronominibus Personalibus Primitivis.

1°. Generatim.

	Prima Persona.			*Secunda Persona.*			*Tertia Persona.*		
Singul.	ngò.	*ego.*	我	nì.	*tu.*	你	tā.	*ille.*	他
Plural.	ngò muên.	*nos.*	我們	nì muên.	*vos.*	你們	tā muên.	*illi.*	他們

2°. In Declinatione.

	Prima Persona.			*Secunda Persona.*			*Tertia Persona.*		
Singul. Nomin.	ngò gò	*ego.*	我	nì	*tu.*	你	ťā	*ille.*	他
Genit.	ngò chī.	*mei.*	我之	nì chī.	*tui.*	你之	ťā chī	*illius.*	他之
vel	ngò tĭ tiĕ.	*mei.*	我的	*vel* nì tĭ tiĕ.	*tui.*	你的	*vel* ťā tĭ tiĕ.	*illius.*	他的
Dativ.	yû ngò.	*mihi.*	于我	yû nì.	*tibi.*	于你	yû ťā..	*illi.*	于他
Acc. ut *Nomin.* *Vocat.*	yâ ngò.	*ô ego.*	呀我	yâ nì.	*ô tu.*	呀你	yâ ťā.	*ô ille.*	呀他
Ablat.	ťûm ngò.	*cum me.*	同我	ťûm nì.	*cum te.*	同你	ťûm ťā.	*cum illo.*	同他

	Prima Persona.			Secunda Persona.			Tertia Persona.		
Plural. Nomin.	ngò muên.	*nos.*	我們	ní. muên.	*vos.*	你們	tā muên.	*illi.*	他們
Genit.	ngo muên chī. *vel* tĭ tiĕ.	*noſtrûm.*	我們之的	nì muên. chī. *vel* tĭ tiĕ.	*veſtrûm.*	你們之的	tā muên. chī. *vel* tĭ tiĕ.	*illorum.*	他們之的
Dativ.	yû ngò muên.	*nobis.*	于我們	yû nì muên.	*vobis.*	于你們	yû tā muên.	*illis.*	于他們
Acc. ut *Nomin. Vocat.*	yâ ngò muên.	*ô nos.*	呀我們	yâ nì muên.	*ô vos.*	呀你們	yâ tā muên.	*ô illi.*	呀他們

	Prima Perſona.			*Secunda perſona.*			*Tertia Perſona.*	
Plural. Ablat.	tûm ngò muên.	*cum nobis.*	同我們	tûm nì muên.	*cum vobis.*	同你們	tûm tā muên.	*cum illis.*	同他們

NOTÆ.

Obſervabis 1°. pro muên, 們 ut in Nominibus, ita etiam in Pronominibus primæ & ſecundæ Perſonæ adhiberi poſſe tèm; 等 ſed in tertiâ unum muên. 們

2°. Item pro yā, 呀 in Vocativo, uſurpari poſſe yà. 啞

3°. *Pronomina* harum Perſonarum alia eſſe, at minus uſitata, ſcilicet *Primò*, In primâ *Perſonâ* tres pro ngò gò, 我 aliquando ngû gû, 吾 aliquando yù, 予 aliquando yû, 余 quod eſt Litteratorum. *Vid.* Lun yu, *part.* 6. *fol.* 3. §. 51. Aliquando etiam uſurpari xīn, *corpus.* 身 *clav.* 158. *tr.* 1. & Lun yu ȝ. 4. aliquando chìn, 朕 quod ultimum unius eſt Imperatoris. Item aliud eſſe, nempè, pǒ pŭ, *ego.* 僕 *ego* ſervus tuus, *in Epiſtolis.*

&

yû, *ego.* 愚

ego non ingenioſus *in deliberationibus.*

Secundò, pro

nì, *tu*, 你

non rarò adhiberi

ùlh, 爾

& in *Plurali* cum poéi eſſe *nos*,

ùlh 爾

nos.

poéi. 輩

Item

jù, 汝

niù, 女

jû, 如

atque etiam

jŏ, 若

ſed rariſſimè.

Tertiò, tertiam *Perſonam* exprimi poſſe per

pì, *ille*, 彼

& apud Litteratos, elegantiæ gratiâ, per kŭ vel kue, at in reciprocatione, per

çú *ſeipſe*, *ſeipſum.* 自

&

çú, *egomet*, 自

kì *ipſemet.* 己

Cæterum illud

çú, 自

verba præcedere ſolitum: Exempli gratiâ:

çú,	*ſeipſum*	自
kī.	*fallere.*	欺



ARTICULUS II.

De Pronominibus Personalibus, Derivativis, possessivis, primæ, secundæ & tertiæ Personæ.

POssessivum non ferè aliud quàm simplex Personale, cum notis Genitivi aut Dativi.

1°.

Sic in Singulari uniuscujusque Personæ.

Prima,

ngò — *meus, a, um.* — 我
chī. — (genitiv.) — 之

Secunda,

nì — *tuus, a, um.* — 你
chī. — (genitiv.) — 之

Tertia,

tā — *illius.* — 他
chī. — (genitiv.) — 之

Pluralis. Prima Persona.

ngò — *noster, a, um.* — 我
muên — 們
chī. — (genitiv.) — 之

Secunda,

nì — *vester, a, um.* — 你
muên — 們
chī. — (genitiv.) — 之

Tertia.

tā — *eorum.* — 他
muên — 們
chī. — (genitiv.) — 之

2°.

Pronomen tertiæ Personæ recipr.

kî, *suus, sua, suum.* — 其

NOTÆ.

1°. Pronominibus primæ, secundæ & tertiæ Personæ,

ngò — 我
chī, — 之

R

nì 你
chī, 之
tā 他
chī, 之

Tum in Singulari, tum in Plurali additur tantum nomen rei substantivum. Sic

ngò	*mei*	我
chī	(genitiv.)	之
tĕ.	*virtus*, &c.	德

pro *virtus mea.*

2°. τῷ, kî. 其

reciproco, vel non additur, vel additur.

Non additur, cum Substantivum est unicum.

Sic dicitur,

kî	*ejus* vel *eorum*	其
ý	*voluntas.*	意
chè.		者

ta hio, *pag.* 2. §. 2.

kî	*ejus* vel *eorum*	其
lí.	*commoda.*	利

Additur, cum Substantiva sunt duo, quorum alterum in Genitivo.

kî	*suorum*	其
çù	*filiorum*	子
chī	(genit.)	之
ngŏ.	*vitia.*	惡

ta hio, *fol.* 8. *pag.* 2. §. 2.



ARTICULUS III.

De Pronominibus demonstrativis.

Demonstrativa sunt vel rei propinquæ, vel rei longinquæ ac remotæ, vel indifferentia.

1°. *Rei propinquæ.*

Pronomina hæc apud Sinas duo: Alterum *Litteratorum*, & est

pì, 彼

& pí. 比 Confuc. p. 42. lin. 4.

Alterum *Vulgi*, & est,

çù, (tsè) 此

vel ché 這

kó. 个

vel kó 個

vel kó. 箇

Generale hominum rerumque. Dicunt ergo

ché	*hic*	這
gîn.	*homo.*	人

ché	*hujus*	這
gîn	*hominis*	人
tiĕ	(genit.)	的

yù	(dativ.)	與
ché	*huic*	這
gîn.	*homini.*	人

Sed in *Plurali* ex illis quas supra adduximus Pluralium monosyllabis, assumunt

kì, 幾

& sæpe kì 幾

kó. 个

vel kó, 個

vel 箇 kó.

ita dicunt

Nominativo 這 ché 幾 kì 个 kó 人 gîn *hic homo.*

Genitivo, 這 ché 幾 kì 个 kó 人 gîn 的 tĭ tiĕ. *hujus hominis.*

& sic de cæteris.

2°. *Rei longinquæ aut remotæ.*

Sunt autem præcipuè duo :
1°. *Litteratorum*, 兹 çū. (tsēē)

2°. *Vulgi.* 那 ná. & 那 ná 个 kó. vel 個 kó, vel 箇 kó.

Exemplum. 那 ná 个 kó 人 gîn. *ille homo.*

Sed utuntur etiam quibusdam monosyllabis, nempè 3°. 夫 fû.

4°. 厥 kiuĕ. (kuĕ)

5°. çū.

5.

fû. 斯

69. tr. Lun yu, §. 15. 2.

6.

chû 諸

7. vî

quod ultimum videbis in Particulis.

3°. *Indifferentia.*

Talia sunt apud Latinos *ipse*, *iste*, apud Gallos, *celui*, *celle*, *lui*, item *proprius*: eodem modo habent Sinæ kî, kí, kì, çù, cīn, kiā, &c.

1.

kî, 其

illud quod jam vidisti.

2.

kí, 旣

3.

kì, 已

quæ tria significant idem quod *is*, *ea*, *id*. Sic

kî	*id*	其
sò	*quod*	所
pŏ pŏ		博
chè.	*minus.*	者

4.

çù, *se*, *seipse*, de quo jam supra, sed conjunctum cum

kì, 已

5.

cīn. *proprius.* 親

Ita dicunt:

cīn	*propriâ*	親
xeù.	*manu.*	手

cīn	*proprio*	親
xīn.	*corpore.*	身

ipse, *lui-même en personne.*

6.

kiā, *domus.* 家

quod apud Sinas erit *idem*, *il medesimo.*

Sic

çù	*ipsius*	自
kiā.	*domus.*	家

quod est *lui-même*, aut etiam *moi-même.*

S

ngò	*mei*	我
çù	*ipſius*	自
kiā.	*domus.*	家

egomet, moi-même.

7.

kūm,	*corpus.*	躬

apud Litteratos, pro *ipſemet.*

ngò	*mei*	我
kūm.	*corpus.*	躬

ego ipſemet.

8.

xīn,	*corpus.*	身

corpus, *pro* ſeipſum.

ARTICULUS IV.

De Relativis.

RElativa ſunt ferè hæc : 1°. *Qui, quæ, quod:* Relativum ſimplex.

2°. *Quis, quiſnam:* Relativum interrogativum.

3°. *Talis, alius, aliquis, quiſque, unuſquiſque*, Relativum genericum, reſtrictivum.

4°. *Omnis, unuſquiſque, quiſquis, quicunque, quivis:* Relativum genericum univerſale.

1°.

Qui, quæ, quod,
ſeu *Relativum ſimplex.*

Fit tribus modis.

1.

sò,	所

2.

chī,	之

3.

tiĕ.	的

1°.

De sò,	*qui, quæ,* &c.	所

obſervabis hæc quatuor :

1°. Cum habet *antecedens*, illud immediatè ſequitur, Verbi gratiâ,

kî	*id*	其
sò.	*quod.*	所

2°. Cum neutraliter uſurpatur, *Antecedens* in ſe includit. Exemplum.

vû	*non eſt*	無

sò	*quod* aut *id quod*	所
pŭ	*non*	不
chí.	*tangat* vel *attingat.*	至

3°. Cum in phrasi Nominativus Verbi est, Relativum Nominativo postponitur, inter Nominativum & Verbum. Exemplum, *ta hio*, ibid.

xĕ	*decem*	十
mŏ	*oculi*	目
sò	*quod*	所
xí.	*vident.*	視

pro *id quod decem oculi vident.*

4°. Sò non solum *Personis*, sed etiam rebus inservire, *ta hio*, pag. 28.

chī	*in*	之
kî	*illis*	其
sò	*quos*	所

cīn	*propinquos* id est, *propter propinquitatem*	親
ngái.	*amamus* aut *amant homines.*	愛

2°.

De chī.   之

In Libris Sinicis omnibus, & in omni sermone nihil frequentius quam hoc

chī   之

& tamen vix ac ne vix quidem ejus usus sat fixus ac stabilis.

1° Jam *præpositionis* instar, id vidisti,

chī	*in*	之
kî.	*illis.*	其

ubi tamen non malè fortasse verteres, *quod illa*, vel *quoad illa.*

2°. *Genitivi* notam esse patet, id quoque ex superioribus nosti, & ubique in hoc sensu reperitur.

3°. Junctum Nominibus, Adjectiva facit ferè *emphatica*:

Sic

kù	*antiquitatis.*	古
chī	(not. Genit.)	之

gîn	*homines*	人
chī.	*qui.*	之

ta hio, pag. 2. §. 3. *antiqui*, quo in loco accipitur dupliciter.

4°. Cum particulæ negativæ postponitur, significat, *possibile non est*, *fieri nequit*.

Sic

vû	*non*	無
chī.	*quod*, supple *fiat*.	之

Vide *ta hio*, pag. 2. §. 2.

Ubi tamen subaudiri dicendum est verbum, imo subintelligitur etiam ejusdem verbi Nominativus.

5°. Si cum monosyllabo infinito aut indeterminato positum fuerit, illud idem monosyllabum ad præsentis, aut etiam tertiæ personæ significationem convertit.

Sic *ta hio*, fol. 8. ⁋. ultimo.

yén	*proverbium*	諺
yeù	*est*, seu *datur*.	有
chī.		之

Ibidem fol. 12. pag. 2. §. 1. char. 10. 11.

tĕ	*attingit*, *obtinet*.	得
chī.		之

& fol. 13. ⁋. ultimo.

xĕ	*comedunt*.	食
chī		之

& fol. 10. ⁋. 4. char. 22.

fă	*imitatur* vel *imitabitur*.	法
chī.		之

6°. Sæpe versum est per *Pronomina illi*, *illæ*, *illos*, ut *ta hio* pag. 55. char. 7. & 10. sed meâ sententiâ, malè.

Superest ergo quæstio, en το

chī, 之

acceptionibus jam sex : Quænam erit significatio generica ?

Dico ego, ubicumque illud reperexis, ad hasce duas reduci posse ac debere.

1°. Ad *Genitivi* significationem, quod infinitis exemplis constat.

2°. Ad generaliorem illam quæ Latinè exprimi solet per *quoad*, *quantum ad*.

3°. In Adjectivis, & unà cum Verbis, phrasim explicari ferè ubique facillimè, si subaudiatur *gîn*, quasi gallicè diceres, *alors l'homme devient susceptible de* & latinè *tunc homo is est qui*, &c. quâ in significatione fit ut vides Relativum.

3°. De tiĕ.

3°.

De tiě. 的

Idem de tiě ac de chī ferendum judicium est, cum sit tantùm vulgare: Sic cum dicitur

mái	vendere	賣
hiūn	odores.	燻
tiě	(genitiv.)	的

Un Parfumeur.
clav. 86. *tr.* 13. *Dict. ton.* 1.2. *pag.* 126. sed vid. *hiam.*

Quid aliud est quam *vendit odores qui* aut τῷ *vendere odores* (genitivus) *homo.*

II°.

Relativum Interrogativum.

Quis, quid, quomodo, quantus? Relativa interrogativa multa sunt,
Alia nimirum de *Personis*,
Alia de *rebus*,
Alia de *modo rerum*,
Alia de *quæstionibus loci*,
Alia de *quantitate mensuræ* & *temporis*.

1°.

De *Personis.*

Sic dicunt, apud Litteratos,

xŏ. 孰

In vulgari sermone.

xuî. *quis.* 誰

xí	*quis est?* quel est-il?	是
xuî.		誰
xuî	*quis*	誰
lâi.	*venit?*	來
xuî	*cujusnam*	誰
guéi.	*causâ?*	爲

2°.

De rebus.

hô,	*quid.*	何
hô	*quod*	何
vên.	*petere.*	問

pro *quidnam petis?*

xí	*esse*	是
nà.	*quid?*	那

pro *quid est?*

&

甚麼是那一件
xín mò. xí nà yě kién.
quodnam negotium? esse quaenam una res?

pro *quaenam est res?*

甚麼事
xín mò sú.
quodnam negotium?

3°.

De modo rerum.

Quî seu *quomodo?* dicitur tripliciter:

何
hô.
qualiter?

何如
hô. jû.
qualiter sicut?

&

如何
jû hô.
sicut qualiter?

& responsio est

如此
jû çù.
ut hoc.

hoc modo, seu *sic. ita.*

這樣
ché yám.
hoc pacto.

這般
ché puōn.
hoc modo.

4°.

De quaestionibus loci.

Sunt vulgò quatuor, de quibus alibi; sed utuntur

lî, 裡

qui est *locus*, & respondet omnibus. Itaque

chĕ *hic* 這
lì *locus.* 裡

& est, *hoc loco, in hunc locum*, &c.

nà *ille* 那
lì. *locus.* 裡

& est etiam *illuc*, *illinc*, *illac*, pro ut hoc vel illud postulat verbum
Unde particula est

çûm, gall. *d'où ?* 從

çûm *unde* 從
hô *quali* 何
laî. *venire ?* 來

& subauditur persona.

5°
De quantitate mensuræ & temporis.

kì, *quantus, a, um.* 豈

Sic

xí *fuit seu est* 是
kì *quantum* 豈
xî. *tempus ?* 時

Combien ya-t'il de tems ?

kī, *quot ?* combien ? 幾

kī *quot* 幾
çú. *vicibus ?* 次

Confucius pag. 56. lin. 3.

3°.
Relativum genericum restrictivum.
Talis, alius, aliquis, quisque, unusquisque.

kó, *talis*, 个
tā, *alius*, 他

vide supra in *Primitivis*, & *ta hio* pag. 53. & alibi.

piĕ, *alii* 别
gîn, item *homines.* 人

seu *homines generatim.* Conf. ta hio, *pag.* 49. *lin.* 1. & *alibi.*

是 xí, *aliquis*, vel *sunt qui*.

propriè *esse*. Vid. *Lun yu* fol.4. pag. 2. §. 3. ch. 2.

麼 mò, *nunquid ?* &

甚 xín *estne*

麼 mò. *aliquid ?*

Et est sæpe interrog. & in fine phrasium usurpatur. Vide supra.

幾 kī *aliquis*.

个 kó,

Conf. pag. 53. lin. 4.

俱 kiū, *uterque*.

Conf. pag. 5. lin. 1.

每 moeì, *quisque*. &

類 luý. *quisque*. propr. *species*.

Sic

每 moeì muỳ *unoquoque*

日 gĕ. *die*.

不 pŏ *sine*

論 lún. *discursu*.

不 pŏ *sine*

矩 kiū. *regulâ*.

Gallicè, *le premier venu sans distinction*, Reciprocè *quisque* ad *quemque*; sed ad particulas pertinent, quas vide sîs, quod dices etiam de

互 hú, *contra*.

contra, opponi, contraria esse.

相 siām, *simul*.

unus ad alium, inter se.

對 tuí, *adversus*.

reciprocè, *vis-à-vis*, & sunt ex sermone vulgari; hinc phrasis siām tuí, *inter se opponuntur*.

4°.

Relativum genericum universale.

Omnis, unusquisque, quicumque, quivis, &c.

1°. *Omnis*, *omnes*, *omnia*: de queis jam locuti sumus cap. 1. art. 5.

衆 chúm, *omnes*,

&

&

chúm,	*omnes.*	㐺
tū,	*omnes, omnia.*	都
chū,	*omnes.*	諸
kiāi,	*omnes.*	皆
hiâi,	*omnes.*	諧
kiū,	*omnia.*	俱
chaī,	*omnes.*	儕
pîm.	*omnes simul.*	幷

pĭn,	*omnes, ordo universus.*	品

Vide supra inter Nomina adjectiva, *cap.* I. *art.* 5.

2°. *Unusquisque* exprimitur vel per

moèi,	*quisque, aut singuli.*	每

vel per

pĭn,	*ordo universus.*	品

tous, & l'un après l'autre.

3°. *Quicumque, quilibet, quivis.*

fân		凡
gîn,		人
	&	
tán		彈
fân.		凡

ARTICULUS VI.

Recapitulatio Pronominum, eademque apud Sinas ferè semper, iis, quas Urbanitatis *vocant, phrasibus suppleri solere.*

EN quæ ut aliis Gentibus, ita Sinis natura dictavit pronomina; sed Lector unà simul monendus nobis, quamvis in sermone vulgari, atque inter sortis infimæ homines hæc eadem, quæ vidit pronomina, in usu sint, eoque frequentissimo, tamen ab iis quorum institutio, ac proinde locutio paulò honestior, adhiberi solere, imò oportere, phrases quasdam elegantiores, nobis quidem ac moribus nostris maximè contrarias, sed in Sinâ, prorsus necessarias ac Sinarum ingenio omninò conformes: rarò igitur his vocibus utuntur, *ego*, *tu*, *ille*; *nos*, *vos*, *illi*: sed earumdem loco, pro suâ unusquisque

V

conditione, hanc vel illam phrafim adhibet; aut humilitatis, fi fervus; aut venerationis, fi difcipulus, aut pietatis, fi filius, ita ut aliam atque aliam omnes, fi Mandarini, fi privati, fi patresfamilias, fi matres, fi fratres, fi forores, fi majores, fi minores natu, fi amici, fi focii, fi facerdotes, fi Sinæ, fi ex aliâ Provinciâ, fi omninò extranei; uno verbo, quemadmodum ex quibufdam fupra expofitis jam cognofcis, nifi intercefferit familiaritas quædam, nifi homines plebæi, iique inter fe, abfque ullâ aut ætatis, aut conditionis differentiâ colloquantur; ftatim commutatur Pronominum aut compellationum ratio. Sic

laò	*tu Domine Doctor mi*,	老
yê.	id eft, *ò Domine Senex venerande.*	爺
	fic	
fiaò	*parvitatis*,	小
tiê.	*ego qui*, id eft, *ego fervus tuus.*	的
	fic	
muên	*janua* fupp. *tua*,	門
sēm.	*creatio.* id eft, *ego Difcipulus tuus.*	生

fiaò	*parvitatis* id eft,	小
kiaí.	*meus fervus.*	价
pí	*contemptionis*	敝
chû.	*locus.* id eft, *domus mea.*	處

Sed cum rei huic Caput in Syntaxi affignatum quoddam fit, nihil hîc addo, nifi in aliis etiam Linguis, præfertim apud Magnates id quoque factitatum. Unde enim tituli illi *Magnitudo veftra*, *veftra Excellentia*, *Eminentia veftra*, *Sanctitas veftra*; & apud Authores Ecclefiafticos *Corona veftra*, & apud Judæos כבוד מעלת תפארתך *Kebod Maälat Tiphearetek̲a*, gloria Excellentiæ decoris tui; imò גדולת *Guedeulat* Magnificentiæ, & קדושת *Q̲uedouchat* Sanctitatis.

At ufus phrafium hujufce modi apud Sinas, & frequentior, & à confuetudine noftrâ multò remotior. Nec diffitendum eft eofdem eâ in re fortaffe longius progreffos; cum hanc urbanitatem, non folùm ad res domefticas, fed etiam ad morbos & ipfam incommodorum mentionem produxerint.



LIBER TERTIUS.

DE VERBIS.

I°.

IN aliis Linguis *Verba* sunt generis multiplicis.

1°. Vel Substantiva,
Vel Substantivis æquivalentia.
2°. Vel Activa,
Vel Passiva,
Vel Neutra & intransitiva,
Vel Reciproca.
3°. Vel Simplicia & Primitiva,
Vel Derivativa.
4°. Vel Augmentativa,
Vel Diminutiva.
5°. Vel Frequentativa,
Vel Derivativa, &c.

II°.

Conjugationes sunt Activæ, Passivæ, in queis considerantur Tempora & Modi. & in utrisque Numeri Personæ. & aliquando Genus.

1°. *Tempora* ubique tria, Præteritum, Præsens, Futurum.

Modi varii pro variis *Linguis*; sed ubique etiam necessarii, Infinitivus, Imperativus, Optativus, Participium, &c.

III°.

Hebræi, Chaldæi, Arabes, Conjugationum suarum varietate, item characteristicarum additione, *significationes*, & *significationum modificationes* omnes exprimunt, atque ita illi Græcorum ac Latinorum Verborum supra indicatæ multiplicitati abundè satis faciunt; sed eâ in re (danda verbo huicce venia), singularitates quasdam præ se fert Lingua unaquæque; scilicet Linguæ Indorum, item Lingua Japonensis, Linguæ Tartaricæ, Thibethana, Tanguthana, Niuchana, aliæque, Lingua demum Sinica, ab iis quas vulgò discimus ac cognoscimus Linguis, omninò diversæ; attamen quod jam fumus in Nominibus ac Pronominibus executi, id etiam hîc loci conabimur, quantum in nobis erit, ut ne ab iis quæ in Europâ usurpantur Grammaticis, nisi quam rarissimè recedamus.

Hunc ergo Librum de Verbis in *Articulos* partiemur tres.

Primum, de generali Verborum Sinicorum divisione.

Secundum, de Conjugatione per tria tempora, activè & passivè.

Tertium, de Conjugatione per *modos* activè & passivè.

Quos Articulos ad majorem facilitatem sequentur *Tabulæ*.

ARTICULUS PRIMUS.

De generali Verborum divisione.

SUfficient hîc annotationes paucæ.

1°. Quod apud Sinas monosyllaba sint, ut Nomina, ita Verba, hinc etiam concludes nec derivata esse posse ulla; quamobrem omnia esse & simplicia & simplicissima.

2°. Cum Monosyllabum unumquodque propriè ac reverâ infinitum sit, atque Infinitivi loco haberi possit; hinc etiam confieri, ut neque activum sit nec passivum, nisi internâ suâ significatione, quæ à re aut rei significatione, non ab ullâ terminatione repetatur.

3°. Quoad *neutralitatem*, si de Verbis

judices, non ex *terminatione*, quippè quæ nulla ſit, ſed *ſignificatione ſolâ* quod cogit monoſyllaborum *indeclinabilitas*, *Neutra* hoc modo multa eſſe, quæ ſignificationem utramque & *activam* & *paſſivam* accipiant; idque ex Syntaxi & illâ variarum Orationis partium ordinatione pendêre, quod infra exemplis quam plurimis it confirmatum.

4°. Eandem ipſam ob cauſam, Verba *augmentativa* ac *diminutiva* apud Sinas non reperiri niſi ex ſignificatione, nec niſi verba augmentationem aut diminutionem per ſe importent, exiſtere aut fieri ullam poſſe, niſi *Particularum* auxilio, adminiculoque Adverbiorum, & ſic variationem ex Verbis iſtiuſmodi in Verborum Sinicorum conjugatione allatum iri omnino nullam.

5°. Cum apud omnes populos Verba ſint *ſubſtantiva*, *auxiliaria*, *activa*, *paſſiva*; *neutra* ſeu *intranſitiva*, *reflexiva*, & apud Orientales *tranſitiva* in ſecundum, in tertium, neque ullâ in Linguâ deeſſe poſſint, ea ſaltem quoad *ſignificationem*, ſive per ſe, ſive per phraſes ac circumlocutionem fiant: quo alibi, eodem etiam hîc modo à nobis reperiri oportere.

6°. Verba *ſubſtantiva* eſſe apud Sinas plurima, at præcipuè ſex.

1.
xí, *eſſe, ſum.* 是

2.
çaí, *eſſe in, contineri.* 在

3.
yeù, *habere, haberi.* 有

4.
guéi, (oúei.) *fieri, exiſtere, factum eſſe.* 爲

5.
chîm, *factum eſſe.* 成

6.
tîm *eſſe certò.* 亭

quæ unà cum cæteris Verbis non raròinſerviant.

7°. Inter Verba *auxiliaria* numerari etiam poſſe,

1.
çò, *facere.* 作

2.
yaó, *velle.* 要

3.
kái, *oportet.* 該

4.
piĕ pĭ, *convenit, neceſſe eſt, decet.* 必

5.
kò, *convenit, dignum eſt.* 可

8°. Monoſyllabum *infinitivum*, ut apud Hebræos, atque imprimis Chaldæos & Arabes, hîc neceſſariò Nomen Verbi eſſe, ita ut latinè vel per *Infinitivum*, vel per *nomen actionis* aut *paſſionis* exprimi queat.
Unde erit

ngái (gái) *amare, amatio, amor.* 愛

çó, *facere, factio.* 作

chí

chī *ſcire, ſcientia.* 知

xām *lædere, læſio.* 傷

kì *incipere, incœptio.* 起

xă *occidere, occiſio.* 殺

ŷm *vincere, victoria.* 贏

9°. *Auxiliaria* item haberi debere ea omnia quibus *primò* vel *tempora* vel *modi* verborum efformantur; ſic in *Præteritis* adhibentur tantummodo verba *rem præteritam* ac *completam* ſignificantia, ut

leaò *deſiit, jam.* 了

kuó *tranſiit.* 過

huôn (ouân) *completum eſt.* 完

In *Futuris* Verba *voluntatem ac præparationem* ſignificantia. ut

ciām *propè eſt.* 將

hoéi *paratur ad accingi ad.* 會

yaô, *deſiderare.* (jam ſupra.) 要

In *Optativis* Vrerba deſiderium, poſſibilitatem, timoem ne quid fiat, ſignificantia, ut

yuén *à ſe removere longè.* 遠

yuén, *odio habere.* 怨

pā *timere ne.* 巴

item

tĕ *attingere, conſequi.* 得

In *Imperativis* Verba præceptionem, invitationem, aut prohibitionem, ſignificantia, ut

ciĕ *præcipere, jubere.* 且

cìm, *rogare, invitare.* 請

hieū *cavere, prohibere ne.* 休

2°. Vel conſtituuntur phraſes quædam peculiares; nam, ut apud Latinos, verba illa ferè communia, *afficere lætitiâ, mœrore: amore, odio proſequi, præditus*, &c. ita apud Sinas multa ſunt quaſi ſervilia; nimirum

chŏ *efficere ut* 着

chuèn	*contra ire, contra.*	轉
fám	*solvere, dimittere.*	放
kàn	*audere.*	敢
kién,	*videre.*	見
kì	*incipere.*	起
kíao	*vocare.*	呌
kiaò	*docere, cogere ad.*	教
kiú	*abire.*	去
laî	*ire, venire.*	來
pà	*capere.*	把

tà	*percutere.*	打
tĕ	*attingere.*	得
(*suprà*) taò, & taò	*pervenire.*	到 倒
táo	*loqui, dicere.*	道

& alia quædam quæ in Dictionariis reperies.

10°. *Reciproca* fieri posse, si, ut apud Gallos *Pronomina*, præsertim tertiæ Personæ, adjunxeris, nempè

çú, & kì. 自己

çú kiaò	*seipsum strangulare.*	自敲

His positis, sit nunc



ARTICULUS II.

De Conjugatione per tria Tempora, Activè & Passivè.

Prima Pars.

Cognito ſemel Infinitivo, ſeu Verbi Monoſyllabo, fiunt per *additionem Particularum* quarumdam, & *Verborum* ſupra jam indicatorum, Tempora tria;

Nempè 1. Præteritum.
2. Præſens.
3. Futurum.

Quæ hîc tibi Orientalium more, qui antiquiſſimus, & juxta naturæ ipſius ordinem explicabuntur.

I°.

Præteritum.

Additur tantùm Monoſyllabo, idque in fine Particula ſeu Verbum

leaò, *deſii*, vel *jam factum.* 了

hoc modo;

ngò	*ego*	我
kì	*incipere*	起
leaò.	*deſii.* (nota præt.)	了

id eſt, *cœpi.*

ngò	*ego*	我
çò	*facere*	作
leaò.	*deſii.* (nota præt.)	了

id eſt, *feci.*

ngò	*ego*	我
chī	*ſcire*	知
leaò.	*deſii.* (nota præt.)	了

id eſt, *ſcivi.*

II°.

Præſens.

Fit Particulâ

kīn *nunc*, 今

Pronomini poſtpoſitâ, ſed præpoſitâ τῷ Verbi monoſyllabo: ſic

ngò	*ego*	我
kīn	*nunc*	今
kì	*incipere.*	起

id eſt, *incipio.*

ngò	*ego*	我
kīn	*nunc*	今
çò.	*facere.*	作

id eſt, *facio.*

ngò	*ego*	我
kīn	*nunc*	今
chī.	*ſcire.*	知

id eſt, *ſcio.*

III°.

Futurum.

Futurum poſt Pronomen & ante monoſyllabum Verbi, inſerit verbum ſeu particulam ciām, *accingere ſe ad.* ſic

ngò	*ego*	我
ciām	*accingo me ad*	將
kì.	*incipere.*	起

hoc eſt, *incipiam.*

ngò	*ego.*	我
ciām	*accingo me ad*	將
çò.	*facere.*	作

hoc eſt, *faciam.*

ngò	*ego*	我
ciām	*accingo me ad*	將
chī.	*ſcire.*	知

hoc eſt, *ſciam,*

NOTÆ

In tria Tempora,

Et Particulæ in unoquoque uſitatæ.

1°. In *Præteritum.*

Præteriti *Particulæ* ſunt,

1°.

leaò,	*perfici, jam, finiri.*	了

quam jam vidiſti.

2°.

ỳ,	*jam, olim.*	已

3°.

kuó,	*tranſire.*	過

4°.

4°.

yeù, *habere haberi.* 有

5°.

ỳ *jam olim* 已

cēm, *completum esse.* 曾

6°.

kì, *hactenus.* 及

7°.

kīm, *certum esse.* 經

8°.

huôn *perfectum esse.* *vel* (vuôn, in quibusdam Provinciis, sed idem character.) 完

At his omnibus non utendum promiscuè.

Primò, Observa generatim, harumce quas vides *Particularum* significationem esse eam quæ rem præteritam designet; significare eas *desiit*, *jam*, *transiit*, *habitum est*, *jam completum est*, *hactenus*, *certum est*, *transactum est*; atque inde esse quod in Præteritis usurpentur.

Secundò,

leaò *desiit*, *jam.* 了

esse omnium frequentissimam.

Tertiò,

ỳ *jam*, *olim.* 已

haberi Litteratorum, id est, à Litteratis sæpe solum exprimi.

Quartò,

yeù, *haberi.* 有

rarum esse; attamen, quomodo in Linguis vulgaribus Verbum *habeo* aliquando inservire.

Quintò, particulas easdem sæpe unà plures simul adhiberi.

Cæterùm attentè animadvertendam esse earum inter se collationem, quæ ex sequentibus fiet evidens.

Itaque si dixeris, verbi gratiâ, *ego scivi*, modis hisce omnibus uti poteris.

1.

ngò *ego* 我

chī *scire* 知

leaò. *jam.* 了

2.

ngò *ego* 我

ỳ *jam* 已

chī *scire* 知

leaò. *finitum.* 了

3.

ngò *ego* 我

yeù	*habeo habui*	有
chī	*ſcire*	知
leaò.	*jam.*	了

4.

ngò	*ego*	我
chī	*ſcire*	知
kuò	*tranſiit*	過
leaò.	*jam.*	了

5.

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已
cēm	*adhuc*	曾
chī	*ſcire*	知

kuò	*tranſiit*	過
leaò.	*olim finitum.*	了

6.

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已
kīm	*certum*	經
chī	*ſcire*	知
kì	*hactenus*	及
leaò.	*finitum.*	了

Sed intellige etiam, quod brevitatem ac ſententias ament Sinæ, ex his locutionibus breviſſimas elegantiores haberi, longiores non niſi è vulgari ſermone exiſtimari, ac ferè contemnendas.

2°. *In Præſens.*

Primò, Pro

kīn. 今

particulâ, quæ eſt *nunc*, dici poſſe

jû | *ficut* | 如
kīn. | *nunc.* | 今

quod ejufdem eft fignificationis.

2°. Verbum feu monofyllabum Verbi in præfenti indicari, cum Particula aliorum temporum adeft nulla.

3°. Locutiones ejufmodi fufpenfas, atque indeterminatas, in ufu effe, atque amari, quod majeftatis præ fe ferant nefcio quid.

3°. *In Futurum.*

Primò. Pro

çiām, *accingere fe,* 將

atque in ejus locum affumitur fæpe

hóei, *congregari, parari ad.* 會

2°. Interdum etiam utuntur monofyllabo

yáo, *volo, velle,* 要

quod monofyllabo Verbi anteponatur, neceffe eft, neque à Futuris Linguarum multarum vulgarium abludit.

3°. Quod fi poft eafdem particulas, quæ Futuri propriæ funt,

çiām, *accingere fe,* 將

hoéi, & *congregari, parare ad,* 會

Futuri propinqui,

yáo *volo velle* 要

verò Futuri indeterminati, quod fi inquam, additum fuerit monofyllabum

leaò *jam finitum.* 了

in fine phrafeos, Futura quafi præterita, atque ut Grammaticè loquar, Subjunctiva efficiet, *Gallicè, j'aurai fait., j'aurai commencé*, &c.

4°. Verba etfi indefinitè pofita, de Futuro, ut fentis, intelligentur, fi phrafis de Futuro fit, ut *cras ego facere, anno venturo ego facere* : neceffariò erunt, *cras faciam, anno venturo faciam.*

SECUNDA PARS.

Quomodo apud Sinas Paffiva fiant Tempora eadem tria.

Obfervanda hîc multa.

1°. Verba funt, ut apud alias Gentes, quam plurima, quæ per fe, & in fe, fignificationem paffivam contineant : Talia Verba
Incedere,
federe,
dormire,
vigilare,
ftupere, &c.
hæc illa ipfa apud Sinas eadem.

kín, *appropinquare.* 近

Lun yu, *fol.* 6. *p.* 2. §. 1.

paò, *faturari,* fe faouler. 飽

ibid. *fol.* 2.

guéi, *vocari.* 謂

ibid. 26. *& ubique.*

chũm, *tristem esse.* 忡

Monosyllaba hæc omnia & alia ejusmodi per se manifestè passiva semper habebuntur.

2°. Monosyllaba Sinica cum sint activa plæraque, imò activa illicò existimanda sint, si activam significationem non dedignentur aut repudient, quidquid ab aliis Gentibus passivè enuntiatur, id vulgò mutatâ in activam oratione passivâ, activè exprimunt Sinæ; sic *Petrus à Paulo amatur*, dicunt potius, *Paulus amat Petrum*. *cohonestatus ab omni civitate est*, dicunt: *civitas eum cohonestavit omnis*.

3°. Licet monosyllaba significationem habeant activam, tamen ex his ipsis effici passiva posse, si adjungantur Verba *auxiliaria passiva*, qualia sunt

chîm, *fieri, effici.* 成

&

xí, *esse.* 是

Sed tunc non esse nisi phrasim per participium passivum, unâ cum Verbo substantivo, aut ejusdem conditionis efformatam.

Sic

ngò	*ego*	我
xí	*esse*	是
nì	*(à) te*	你
ngái	*amari.*	愛
tỳ ti.	(not. gen.)	的

à te amor, je suis aimé de toi.

4°. Monosyllabum significationis passivæ per *tempora tria*, quo monosyllabum activæ, eodem præcisè modo, & iisdem omninò particulis conjugari.

Sic *Præteritum.*

ngò	*ego*	我
chîm	*factus.*	成
leaò.	(præt. not.)	了

ego effectus sum.
Je suis devenu.

ngò	*ego*	我
çaò	*occurrens*	遇
leaò.	(præt. not.)	了

ego occurrens factus sum.
Je me suis rencontré, &c.

Itaque de cæteris legendum tantummodo *activum*.

5°. Conjunctionem Verbi verè ac propriè passivi agnosci, tantum dupliciter. *Vel* 1°. ex particulâ

pí *à* 被

seu *partic. passivi.*

quod

quod pí, *primò*, poſt pronomen perſonæ patientis ponitur.

Secundò, ante perſonam agentem immediatè.

Tertiò, Ita ut ſequatur monoſyllabum per ſe activum, ſed tunc propter pí, paſſivè accipiendum : hoc igitur ordine quem obſervabis ſemper.

tā	*ille*	他
pí	*à*	被
nì	*te*	你
tà.	*percuſſus eſt.*	打

Vel 2°. Ex Verbis

xí	*eſſe*,	是
ĉhîm	*factum eſſe*,	成
& guéi	*facere & fieri.*	爲

Conjugatio Paſſiva utraque per Verba paſſivæ ſignificationis.

1°. *Præteritum.*

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已

pí	(nota paſſ.)	被
ngái	*amare*	愛
leaò.	*finitum eſt.*	了

id eſt, *amatus ſum.*
J'ai été aimé.

ngò	*ego*	我
xí	*eſſe*	是
ngái	*amare, amatus*	愛
tĭ tiĕ.	*qui* (nota paſſ.)	的
leaò.	*finitum.*	了

& *ſubaudito* xí.

nì	*tu*	你
kiĕ	*edere*	吃
çúi	*inebriari.*	醉

leaò. | (not. præt.) | 了

tu nè belluatus & inebriatus es ?

2°. *Præsens.*

ngò | *ego* | 我
kīn | *nunc* | 今
pí | (nota paſſ.) | 被
ngaí | *amari.* | 愛

ego amor , je ſuis aimé.
item

ngò | *ego* | 我
xí | *eſſe ſum* | 是
ngái | *amare, amatus* | 愛
tĭ tiĕ. | *qui.* (not. genit.) | 的

ego amor , je ſuis aimé.

3°. *Futurum.*

ngò | *ego* | 我
ciām | (not. futur.) | 將
pí | (not. paſſ.) | 被
ngái. | *amare. amari.* | 愛

amabor , je ſerai aimé.

ngò | *ego* | 我
ciām | *ero* (ſeu not. fut.) | 將
pí. | *à* | 被
pe to lo , | *pe t ro ,*
ngái , | *amare , amari.* | 愛

amabor , je ſerai aimé
à Petro. de Pierre.

NOTÆ.

1°. *In Præteritum.*

Multis in locis ubi deeſt

pí | 被

ſi adeſt

guéi , *factus eſt* , | 爲

idem erit ſenſus, & phraſis paſſivè intelligenda: ſic

sēm	*creatus*	生
guéi	*fuit*	為
gîn	*homo.*	人

homo factus eſt.

2°. *Generatim.*

Imperſonalia fieri poſſunt, ſi Verbo antepoſitum fuerit Relativum

sò, 所

& ſequatur

tĭ tiĕ. 的

Exemplum, *completum eſt*, on a achevé.

sò	*quod* &c.	所
huôn	*completum*	完
tĭ tiĕ.	(nota gen.)	的

quaſi ſubintelligeretur poſt

sò 所

ý huôn (quod *ad complendum* erat) huôn tiĕ *completum eſt*: Sed hæc ad *Participia* attinent.

Articulus III.

De variis Verborum modis, 1°. *Activis*, 2°. *Paſſivis.*

Prima Pars. Modi Activi.

IN aliis omnibus Linguis, præſertim vulgaribus, è Temporibus illis tribus *Præterito*, *Præſenti*, *Futuro*, pendet *Modorum* cognitio, qui Modi eam ob cauſam ab antiquiſſimis abſunt Hebraicâ, Chaldaicâ, Ethiopicâ, veteres itidem Arabes, neque *Imperfecta*, nec *pluſquam perfecta* agnoſcunt.

Quemadmodum igitur apud Hebræos, quid ſit Subjunctivus, omninò ignoratur, nec niſi ex ſensûs ſequelâ, cognoſcitur, & ſicut apud Latinos, & ſæpè apud Græcos confunduntur Optativus cum Imperfecto Subjunctivi, & Modi quidam alii, atque etiam Infinitivi.

Ita apud Sinas, cum monoſyllabum Verbi unum ſemper idemque ſit, & ad Tempora & modos Temporum ambiguum remaneat, niſi hâc vel illâ particulâ, hâc vel illâ phraſi reſtringatur.

Exponendum nobis hoc loco, quî modi illi fiant. Superſunt igitur

1°. Imperfectus.
2°. Pluſquam Perfectus.
3°. Imperativus.
4°. Optativus.
5°. Participium.
6°. Modi Infinitivorum.

1°. *De Imperfecto.*

Apud Sinas nihil aliud eſt quam periphraſis, & fit monoſyllabis.

1°. vel

xî,	*tempore τȣ.*	時

2°. vel

xî	*temporis*	時
ciĕ.	*articulo.*	切

3°. vel

ná	*illius*	那
xî	*temporis*	時
ciĕ.	*articulo.*	切

4°. vel

ná	*illud*	那
xî	*tempus*	時
héu	*quod*	後

5°. vel

çaî	*τȣ eſſe in*	在

xî	*temporis*	時
ciĕ.	*articulo.*	切

NOTA.

Addunt quidam.

ná
xî
kién.

kién eſt *medio intervallo.* 間

Exempla.

1.

ngò	*τȣ mei*	我
ngái	*amare*	愛
nì	*te*	你
xî.	*tempore.*	時

dum ego amabam te.

2. idem.

ngò	*τȣ mei*	我
ngâi	*amare*	愛

nì

nì	*te*	你
xî	*temporis*	時
ċiĕ.	*articulo.*	切

3. idem.

ngò	τȣ̃ *mei*	我
ngái	*amare*	愛
nì	*te*	你
ná	*illud*	那
xî	*tempus*	時
heú.	*post.*	後

4. idem.

ngò	τȣ̃ *mei*	我
çái	*esse in*	在
ngái	*amare*	愛
nì	*te*	你
xî	*temporis*	時
ċiĕ.	*articulo.*	切

NOTA.

1°. Poteſt

ná	*illud*	那
xî	*tempus*	時
héu	*poſt*	後

Pronomini poſtpoſitum, monoſyllabo Verbi præponi, hoc modo :

ngò	*ego,*	我
ná	*illud*	那
xî	*tempus*	時

héu	*post,*	後
kì.	*incipere.*	起

hoc est, *incipiebam.*

2°. Ex his consequitur, ultimum hunc unum, verè Imperfectum haberi posse, & in omnibus per particulas fieri omnia.

3°. In vulgari sermone dicunt

cië	*articulo*	切
ná	*illius*	那
xî	*temporis*	時
ngò	*ego*	我
yeù.	*habere.*	有

pro, *quo tempore habebam,*
quum habebam.

2°. *De Plusquamperfecto.*

In omnibus Linguis Plusquamperfectum est quodammodo Perfecti Imperfectum; atque hinc est quod in plærisque etiam *finales* præ se ferat, si non easdem, at similes.

Sic apud Latinos *am*, *amabam*, *amaveram*, vel *amâram.*

Sic apud Græcos in Passivis *μην*: inde est itidem quod apud Arabes, ex Præteritoperfecto fiat, quomodo Imperfectum ex Futuro-Præsenti.

Ita quoque apud nos *j'aimois*, *j'avois aimé*, syllaba enim hæc *ois* similitudinem huc importat.

Sinæ igitur eandem formandi rationem secuti, si *Imperfectum* suum, unà cum eâ quæ *Imperfectum* constituit Particulâ, sumpserint, ac *Præteriti* particulam superinduxerint, id est, *leaò*, ut Præteritum quoddam anterius efforment, *plusquam-Perfectum* habent, quâ ex re in Plusquamperfecto, utrumque & Perfectum & Imperfectum manifestè contineri concludes.

Erit igitur exemplum,

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已
kì	*incipere*	起
leaò.	*finitum.* (*seu* not. præt.)	了

seu *inceperam.*

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已
çó	*facere*	作
leaò.	*finitum.* (*seu* not. præt.)	了

seu *feceram.*

cæterum fieri potest etiam modis aliis quatuor.

1°. Si monosyllaba duo

huôn	*completum*	完
leaò.	*finitum.*	了

2°. Si hæc monosyllaba duo.

kuò	*transiit*	過
leaò.	*finitus.*	了

Sic 1.

ngò	*ego*	我
kì	*incipere*	起
huôn	*completum*	完
leaò.	*finitum.*	了

2.

ngò	*ego*	我
kì	*incipere*	起
kuò	*transitum*	過
leaò.	*finitum.*	了

3°. Si unà cum iisdem monosyllabis adjunxeris

ỳ	*jam,*	已

sed monosyllabo Verbi præpositum.
4°. Si prætera, quæ temporis particulæ *Præterito-Imperfecto* inservierunt, easdem hîc quoque adjeceris.

3.

ngò	*ego*	我
ỳ	*jam*	已
kì	*incipere*	起
kuò	*transire* *transiit*	過
leaò.	*finire.* *finitum.*	了

id est, *incœperam.*

4.

ngò	*ego*	我
ná	*illius*	那
xî	*temporis.*	時

ỳ | *jam* | 已
kì | *incipere* | 起
kuò | *tranſire tranſiit.* | 過
leaò. | *finire finivit.* | 了

Idem erit utrobique, ſi

huôn *completum*, 完

aut

kuò *tranſire*, *tranſiit.* 過

poſueris.

Sed fac, ſicut hic monoſyllaba inter ſe collata vides, ita etiam ſemper ordinentur.

3°. *De Optativo,*

Optativum ſuum formant Sinæ tribus modis.

1°. Si Verbum

yuén, 願

quod eſt *deſidero*, *cupio*, uſurparint.

ſic

ngò | *ego* | 我
yuén | *cupere* vel *cuperem* | 願
kì. | *incipere.* | 起

ſeu *libenter inciperem.*

ngò | *ego* | 我
yuén | *vellem* | 願
chī. | *ſcire.* | 知

id eſt, *ſcirem libenter.*

2°. Aſſumpto monoſyllabo

pā, *timere*, *vereri*, 巴

cum

pŏ *vel* pŭ | *non* | 不
tĕ. | *attingit.* | 得

Et addito Verbi monoſyllabo: Sic

pā | *timere* | 巴
pŏ | *non* | 不
tĕ | *attingit* | 得

kì, *incipere.*

kì | *incipere.* | 起

id eſt, *libenter inciperem. Non video quidquam quod mihi impedimento ſit ne incipiam*, &c.

3°. Aliquando cum iiſdem

pŏ | *non* | 不
tĕ. | *attingit.* | 得

adhibito Verbo

hén, *odiſſe*, haïr. 恨

hoc modo,

ngò | *ego* vel *me* | 我
hén | *odiſſe* | 恨
pŏ | *non* | 不
tĕ | *attingit* | 得
kì | *incipere.* | 起

Senſus eſt, τὸ *incipere, res eſt, quam odio habere nequeo, non debeo.* Itaque Gallicè, *je voudrois commencer, je voudrois aller*, &c. propter ſummam Sinarum verecundiam atque humanitatem aliter non dicuntur quam his vocibus, *cupio* vel *cuperem id facere, non timendum, nihil pertimeſcendum mihi videtur ſi* hoc *fecerim*, id, *ſi fecero, odiſſe me nemo debet.*

4°. *De Imperativo.*

Sinæ vix ac ne vix quidem imperando alloquuntur quemquam, neque id apud eos videris niſi in ſubditos, niſi in homines abjectos, ac plebis infimæ; itaque Imperativus honeſtatis ac comitatis plenus. Eſt autem ut apud Turcas & Perſas duplex, aut *jubens*, aut *prohibens.*

1°. *Imperativus jubens.*

Jubens 1°. eſt ſæpiſſimè monoſyllabum infinitivum: Sic

cŏ *ſedere* & *ſede.* 坐

2°. Fieri poteſt per ciè, particulam conceſſionis antepoſitam, *ſit, fiat.* Sic

ciè | | 且
kì. | *incipiat*, quod eſt perſonarum omnium. | 起

3°. Ferè ſemper fit, præpoſitâ itidem particulâ invitativâ

cím, *quæſo.* 請

Sic

cìm | *quæſo* | 請
kì. | *incipere.* | 起

pro, *incipe quæſo.* gallicè, *commencez, s'il vous plaît; faites-moi la grace de commencer.*

4°. Aliquando tamen monoſyllabo Verbi ſubjicitur kì, hoc ipſum quod in Paradigma ſumpſi;
ſic dicam *cape*,

nâ	*capere*	拏
kì.	*incipere*, vel *incipe* (*cape.*)	起
kaì	*aperire*	開
kì.	*incipe*, (*aperi.*)	起

2°. *Imperativus prohibens.*

Prohibens efficitur particulis;

1°. vŭ	*non, ne,*	勿
2°. vû, *ne* apud Litteratos.		毋
3°. & vû,		无
4°. mŏ,	*ne*;	莫
& mŏ,	ne,	沒
5°. hieū,	*cave.*	休
6°. pŏ,	*ne*	不
yáo.	*cupias, velis.*	要
7°. hieū	*cave*	休
yáo.	*cupere.*	要

ſed frequentiores ultimæ tres.
Sic ergo dices,

mŏ	*non*	莫
çó.	*facere.*	作

cave facias.

hieū	*non*	休
kì.	*incipere.*	起

cave incipias.

hieū	*cave*	休
xuĕ.	*dixeris.*	說

ne dicas.

pŏ	non	不
yaó	cupere	要
çó.	facere.	作

ne feceris.

hieū	cave	休
yaó	cupere	要
çó.	facere.	作

cave feceris,

NOTA

De Imperativo prohibente.

Cum ex orationis confecutione fatis intelligitur prohibitio, illud quod in oratione jam expreffum eft verbum, fit inutile; & fatis eft fi dixeris

pŏ	non	不
yáo	cupere.	要

Tamen interdum exprimitur ac repetitur, præfertim in *interrogationibus*: fic cum dixeris,

mŏ	ne	莫
çó.	faciam?	作

faciam ne?

Refpondetur:

pŏ	non	不
yáo.	cupere.	要

id eft, *non cupio, facias. faciendum non eft.*

5°. De Participio.

Participium ut in omnibus Linguis cum nomine convenit; quod jam in capite de Nominibus vidifti, & Particulis nomini communibus efficitur.

Verbi gratiâ.

chī,	*qui,*	之
tiĕ,	*qui,*	的
& chè,	*qui.*	者

Sic

kì	*incipere*	起
chī.	*qui.* vel (genit. nota.)	之

Incipiens.

çó | facere | 作
chī. | qui. | 之

faciens.

chī | scire | 知
chī. | qui. | 之

sciens.

R E G U L Æ.

1°.

Omne monosyllabum Verbi, quod alii Verbi monosyllabo postponitur, vulgò censetur *Participium.*

2°.

Particula *Participii* usitatior

chè, qui, 者

3°.

Cum Participium esse possit,
vel Præsentis,
vel Futuri.
Participium *Præsentis* intelligitur, si uni Verbi monosyllabo addatur chè.

exempli gratiâ.

ngái | amare | 愛
chè. | qui. | 者

amans.

ngái | amare | 愛
tiě. | qui. | 的

amans.

Participium *Futuri*, si præponatur una è Futuri particulis.

ciām, prope est 將

hoéi, accingi ad paratur ad 會

yaó. desiderare 要

Exempla.

fân | quicumque. | 凡
yaó | debet, | 要
ngái | amare | 愛
chè, | qui. | 者

id est, *amaturus est.*

fân | quicumque | 凡
hoéi | debet parat se ad | 會

kiû, *ire*

kiú	*ire, abire*	去
tiĕ	(genit.)	的
gîn.	*homo.*	人

id est, *abiturus est.*

4°.

Participia cùm nomina sint, quomodo *nomina*, declinantur per particulas.

Nom. & *Acc.*

Genit.

çhī 之

vel

tiĕ. 的

Dat.

yû. 于

Vocat.

yā. 呀

Ablat.

tûm. 同

& in plurali,

muên 們

vel

tèm. 等

NOTÆ.

De aliis Activi modis quorum facta mentio non est.

Quod si nunc quæsieris quî Sinæ, tum *Subjunctivum* & varios ejus modos, tum varia *Infinitivorum* genera; verbi gratiâ, *Gerundia*, *Futura Infinitivi* in *rus*, in *dus*, &c. factitent?

Respondeo, apud Hebræos, Chaldæos, Arabas, Æthiopas, &c. deesse omnia hæc, imò necessaria non esse, cum per *Præpositiones* ac *Particulas* activè & passivè nullo negotio resolvantur; nonne in Linguis illis Orientalibus, quæ omnium pulcherrimæ, & *αναλογικωτατα* supplentur illæ eædem rerum conditiones, atque ut philosophicè loquar, *modificationes* solis litteris בכלם *Baclam.*

Idem executi Sinæ & ubique, *præpositionibus* ac *postpositionibus.*

SECUNDA PARS.

Modi Passivi.

1°. *Imperfectus.*

Absque Particulâ.

çiĕ	*articulo.*	切
ná	*illius*	那
xî	*temporis*	時
ngò	*ego*	我
pí	(nota pass.)	被

ngái.	*amare.*	愛

id eſt, *amabar.*
J'étois aimé.

Cum Particulâ.

nì	*tu*	你
pí	(not. paſſ.)	被
ſiēn		先
sēm	*Magiſtro*	生
sò	*quod*	所
ngái	*amare*	愛
tiĕ	(genit. not.)	的
xî	*temporis*	時
ciĕ.	*articulo.*	切

id eſt, *cum amaberis.*
vel quo temporis articulo amaberis.

2°. *Plusquam-Perfectus.*

ċiĕ	*articulo*	切
ná	*illius*	那
xî	*temporis*	時
ngò	*ego*	我
ý	*jam*	已
pí	(nota paſſ.)	被
ngái	*amare*	愛
kuó	*tranſire*	過
leaò.	*finire.*	了

amatus eram vel *fueram.*
J'avois été aimé.

&

ngò	*ego*	我
pí	(nota paſſ.)	被

ngái	*amare*	愛
huôn	*perfici*	完
leaò.	*finire.*	了

amatus fueram.
J'avois été aimé.

3°. *Optativus.*

Idem cum Activo, sed additâ Passivi particulâ.

pā	*timere*	巴
pŏ	*non*	不
tĕ	*attingit*	得
ngò	*ego*	我
pí	(not. pass.)	被
ngái.	*amare.*	愛

utinam amarer.

4°. *Imperativus.*

Propriè nullus est, & exprimitur per circumlocutiones, & *monosyllaba* *desiderii* ac voluntatis, ut

yuén,	*cupere,*	願
& yaó	*cupere.*	要

5°. *De Participio.*

Fit etiam particulâ

pí,	*à*	被

sic

tā	*ille*	他
pí	*à*	被
nì	*te*	你
tà.	*percussus.*	打

Interdum cum

sò	*qui quod.*	所

ante monosyllabum Verbi,

sò	*quod*	所
ngái.	*amare.*	愛

id est, *amatus.*

interdum cum

guêi goêi *fieri facere.* 爲

ante idem monoſyllabum, & 的

tiĕ

in fine, verbi gratiâ.

goêi	*cfactus*	爲
hiŏ	*ſciens ſientia*	學
tiĕ.	*qui.*	的

id eſt, *Eruditus.*

Notæ in modos paſſivos.

Nihil hic niſi ad *Participia.*

1°. Cum monoſyllabum

pí, 被

ut vides, ex activis faciat paſſiva.

Participium habetur & eſt *monoſyllabum Verbi* poſt pí, vel mediatè, ut ſupra.

pí	*accuſatus.*	被
kaó.		告
pí	*incarceratus.*	被
lù.		擄

Vel immediatè, ſi poſt pí ſequatur perſona à quâ proficiſcitur actio.

2°. adduntur non rarò particulæ

tiĕ *qui, cujus.* 的

&

chè, idem. 者

& nonnunquam

gîn, *homo.* 人

etiam ſine

pí, *à* 被

Et tunc præcedit Verbum, & idem eſt quod in Nominibus adjectivis jam vidiſti:

exemplum.

ngò	*ego*	我
kiáo	*eruditionis*	教
tiĕ	(genit.)	的
gîn.	*homo.*	人

3°. Inſeri poteſt monoſyllabum relativum

sò *qui, quem.* 所

ante Verbi monoſyllabum, & tunc paſſivè quidem exponitur phraſis, ſed propriè eſt activa.

Sic

Sic

xén	*boni*	善
gîn	*viri*	人
xí	*ſunt, eſſe*	是
tiēn	*Cœli*	天
chù	Deus *Dominus*	主
sò	*quod*	所
ngái	*amare* (*amans amat*)	愛
tiĕ.	(not. adject.)	的

id eſt, *Boni viri à Deo amantur.*
Ubi ngái propriè activum eſt, & sò in accuſativo.
Neque aliter in hac phraſi.

vãn	*decem millia omnes*	萬
vĕ	*res*	物
xi	*ſunt*	是

tiēn	*Cœli*	天
chû	Deus *Dominus*	主
sò	*id quod*	所
guêi	*facere fecit.*	爲
tiĕ.	(not. adject.)	的

id eſt, *omnes res à Deo facta ſunt.*
propriè, *omnes res ſunt id cujus Deus factor.*
Quod ſi verba activè acciperes, prima phraſis eſſet,
Boni viri ſunt Dei cœli quod amatum.
& ſecunda eſſet,
Omnes res ſunt cœli Dei quod factum.
Ita autem vertere potes quod Verba æque *Activa* & *Paſſiva*.

4°. Quidquid Galli exprimunt per Participia in *able*, Latini per *bilis* aut *dus, da, dum.*
Id Sinæ, ut in Activo jam inſinuavi, per præpoſitiones faciunt.
Sic ta hio *fol.* 12. *pag.* 2. §. 3.

vû	*non eſt*	無
ỳ	*ad*	以
guêi	*fieri*	爲

paò | *pretiosum.* 寶

id est, *nihil quod fiat, faciat pretiosum.*
rien d'estimable.
Lun yu *fol.* 5. §. 1. (*pag.* mihi 20. 21. 22.)

kò | *convenit* 可
guéi | *dici* 謂
hiáo. | *obedientem.* 孝

id est, *debet judicari obediens.*
obediens dicendus est.

Item.

kò | *dignus* 可
yuén. | *odio haberi.* 怨

id est, *dignus qui odio habeatur.*
gallicè, *haissable.*

kò | *dignus* 可
xě. | *edi.* 食

comestibilis, esculentus.
gallicè, *mangeable.*

Atque hæc sunt quæ de Linguæ Sinicæ verbis exponenda videbantur, nisi enim aut Particulas conjugationi inservire solitas, aut monosyllaba eorum quæ *Auxiliaria* vocant Verborum antea cognosceres, quomodo è phrasibus extricare te unquam posses? Sed de iis, quæ nunc addentur *Tabulis*, fac id quoque animadvertas, è multis illis hujus aut illius temporis *Particulis*, hoc loco non nisi vulgatiores, ad unum quodque tempus adhibitas, neque enim aliter fieri potuisse perspicuum est: itaque sicubi nunc hæseris, nihil aliud tunc agendum tibi, nisi ut ad illud ipsum tempus antea tibi expositum recursus à te fiat, quod facillimum.

Præterea (quod ad Syntaxim tamen pertinet) scito id rarò eventurum, ideò quia Particulas ejusmodi, plærumque omittunt Sinæ; nimirum, cum semel incœpta Oratio est, atque ex iis quæ jam præcesserunt dictis, aut tempora aut personæ constant satis, pergunt deinceps; nec distinctiones easdem necessarias tunc putant, quæ revera ferè inutiles. Quod si Oratio paulò sublimior, quemadmodum apud Latinos, Græcos, Hebræos, ex *Conjunctionum* ac colligationum prætermissione, phrasis exurgere solet vehementior, sublimiorque; sic apud Sinas, remotis temporum ac personarum notis: quam sæpè id omne apud *Confucium* aliosque Authores probatissimos?

CONJUGATIONIS TABULA.

ACTIVUS.

Futurum.				Præsens.				Præteritum.				
amabo.	*ego accingo me ad amare.*	ngò ciām ngái.	我將愛	amo.	*ego nunc amare*	ngò kīn ngái	我今愛	amavi.	*ego amare desii.*	ngò ngái leaò.	我愛了	Prima persona singularis.
amabimus.	*ego* (pl.) *accingo me ad amare*	ngò muên ciām ngái.	我們將愛	amamus.	*ego* (pl.) *nunc amare*	ngò muên kīn ngái.	我們今愛	amavimus.	*ego* (pl.) *amare desii.*	ngò muên ngái leaò.	我們愛了	Prima persona pluralis.
amabis.	*tu accingis te ad amare*	nì ciām ngái	你將愛	amas.	*tu nunc amare*	nì kīn ngái.	你今愛	amavisti.	*tu amare desiis.*	nì ngái leào.	你愛了	Secunda persona singularis.
amabitis.	*tu* (pl.)	nì muên	你們	amatis.	*tu* (pl.)	nì muên	你們	amavistis.	*tu* (pl.)	nì muên	你們	Secunda persona plur.

ACTIVUS.

	Futurum.				*Præſens.*				*Præteritum.*			
ſecunda perſ. plural.	amabitis.	*accingis te ad amare*	ciām ngái.	將愛	amatis.	*nunc amare*	kīn ngái.	今愛	amaviſtis.	*amare deſiis.*	ngái leaò.	愛了
Tertia perſona ſingularis.	amabit.	*ille accingit ſe ad amare*	tā ciām ngái.	他將愛	amat.	*ille nunc amare*	tā kīn ngái.	他今愛	amavit.	*ille amare deſiit.*	tā ngái leaò.	他愛了
Tertia perſona pluralis.	amabunt.	*ille* (pl.) *accingit ſe ad amare*	tā muên ciām ngái.	他們將愛	amant.	*ille* (pl.) *nunq amare*	tā muên KIn ngái.	他們今愛	amaverunt.	*ille* (pl.) *amare deſiit.*	tā muên ngái leào.	他們愛了

MODI.

	Optativum.				*Pluſquamperfectum.*				*Imperfectum.*			
prima perſona ſing.	utinam amarem. *vel*	*ego optare*	ngò yúen	我願	amaveram.	*ego jam*	ngò ỳ	我已	amabam.	*ego jam*	ngò ỳ	我已

MODI.

Persona	*Imperfectus.*				*Plusquamperfectus.*				*Optativus.*			
	Sinice	Pronunciatio	Latine	Significatio	Sinice	Pronunciatio	Latine	Significatio	Sinice	Pronunciatio	Latine	Significatio
Prima perf. fing.	愛	ngái.	*amare*	amabam.	愛了	ngái leaò.	*amare finire.*	amaveram.	愛	ngái.	*amare*	optarem amare.
prima perfona pluralis.	我們已愛	ngò muên ỳ ngái.	*ego* (pl.) *jam amare*	amabamus.	我們已愛了	ngò muên ỳ ngái leaò.	*ego* (pl.) *jam amare finire.*	amaveramus.	我們願愛	ngò muên yúen ngái.	*ego* (pl.) *optare amare*	utinam amaremus, *vel* optaremus amare.
fecunda perfona fingularis.	你已愛	nì ỳ ngái.	*tu jam amare*	amabas.	你已愛了	nì ỳ ngái leaò.	*tu jam amare finire.*	amaveras.	你願愛	nì yûen ngái.	*tu optare amare*	utinam amares, *vel* optares amare.

MODI I.

	Optativus.				*Plusquamperfectus.*				*Imperfectus.*			
secunda persona pluralis.	utinam amaretis, *vel* optaretis amare.	*tu* (pl.) *optare amare*	nì muên yúen ngái.	你們願愛	amaveratis.	*tu* (pl.) *jam amare finire.*	nì muên ỳ ngái leaò.	你們已愛了	amabamus.	*tu* (pl.) *jam amare*	nì muên ỳ ngái.	你們已愛
tertia persona singularis.	utinam amaret, *vel* optaret amare.	*ille optare amare*	tā yúen ngái.	他願愛	amaverat.	*ille jam amare finire.*	tā ỳ ngái leaò.	他已愛了	amabat.	*ille jam amare*	tā ỳ ngái.	他已愛
tertia persona pluralis.	utinam amarent,	*ille* (pl.)	tā muên	他們	amaverant.	*ille* (pl.)	tā muên	他們	amabant.	*ille* (pl.)	tā muên	他們

MODI.

Optativus.			Plusquamperfectus.			Imperfectus.			
vel optarent amare.	*optare amare.*	yúen ngái.	amaverant.	*jam amare finire.*	ỳ ngái leaò.	amabant.	*jam amare*	ỳ ngái	已愛
		願愛			已愛了				Tertia perſona pluralis.

Optativus Secundus.

Singularis.

Tertia perſona. Optarem amare.	*ego timere non poſſe amare*	ngò ṕā pŏ tĕ ngái.	我巴不得愛
Secunda perſona. Optares amare.	*tu timere non poſſe amare*	nì ṕā pŏ tĕ ngái.	你巴不得愛
Tertia perſona. Optaret amare.	*ille timere non poſſe amare*	ťā ṕā pŏ tĕ ngái	他巴不得愛

Pluralis.

Prima perſona. optaremus amare.	*ego* (pl.) *timere non*	ngò muên ṕā pŏ	我們巴不
Secunda perſona. optaretis amare.	*tu* (pl.) *timere non*	nì muên ṕā pŏ	你們巴不
Tertia perſona. optarent amare.	*ille* (pl.) *timere non*	ťā muên ṕā pŏ	他們巴不

Optativus Secundus.

得愛	tě ngái	*poſſe amare*	optarent amare.
得愛	tě ngái.	*poſſe amare*	optaretis amare.
得愛	tě ngái.	*poſſe amare*	optaremus amare.

PASSIVUS.

	Futurum.				*Præſens.*				*Præteritum.*				
	我將被愛	ngò çiām pí ngái.	*ego accingo me ad* (not. paſſ.) *amari*	amabor.	我今被愛	ngò kīn pí ngái.	*ego nunc* (not. paſſ.) *amari*	amor.	我已被愛了	ngò ỳ pí ngái leaò.	*ego jam* (not. paſſ.) *amari deſii.*	amatus ſum.	Prima perſona ſingularis.
	我們將被	ngò muên ciām pí	*ego* (pl.) *accingo me ad* (not. paſſ.)	amabimur.	我們今被	ngò muên kīn pí	*ego* (pl.) *nunc* (not. paſſ.)	amamur.	我們已被	ngò muên ỳ pí	*ego* (pl.) *jam* (not. paſſ.)	amati ſumus.	Prima perſona pluralis.

PASSIVUS.

	Futurum.	*Præſens.*	*Præteritum.*
Prima perſona pluralis.	愛 ngái. *amari.* amabimur.	愛 ngái. *amari.* amamur.	愛 ngái *amari.* 了 leaò. *finire.* amati ſumus.
ſecunda perſona ſingularis.	你 nì *tu* 將 çiām *accingis te ad* 被 pí (not. paſſ.) 愛 ngái. *amari.* amaberis.	你 nì *tu* 今 kīn *nunc* 被 pí (not. paſſ.) 愛 ngái. *amari.* amaris.	你 nì *tu* 已 ỳ *jam* 被 pí (not. paſſ.) 愛 ngái *amari* 了 leaò. *finire.* amatus es.
ſecunda perſona pluralis.	你 nì *tu* 們 muên (pl.) 將 çiām *accingis te ad* 被 pí (not. paſſ.) amabimini.	你 nì *tu* 們 muên (pl.) 今 kīn *nunc* 被 pí (not. paſſ.) amamini.	你 nì *tu* 們 muên (pl.) 已 ỳ *jam* 被 pí (not. paſſ.) amati eſtis.

PASSIVUS.

	Futurum.	*Præſens.*	*Præteritum.*
Secunda perſ. plur.	愛 ngái. *amari.* — amabimini.	愛 ngái. *amari.* — amamini.	愛了 ngái leaò. *amari finire.* — amati eſtis.
Tertia perſona ſingularis.	他將被愛 ťā çiām pí ngái. *ille accingit ſe ad* (not. paſſ.) *amari.* — amabitur.	他今被愛 ťā kīn pí ngái. *ille nunc* (not. paſſ.) *amari.* — amatur.	他已被愛了 ťā ỳ pí ngái leaò. *ille jam* (not. paſſ.) *amari finire.* — amatus eſt.
Tertia perſona pluralis.	他們將被 ťā muên çiām pí *ille* (pl.) *accingit ſe ad* (not. paſſ.) — amabuntur.	他們今被 ťā muên kīn pí *ille* (pl.) *nunc* (not. paſſ.) — amantur.	他們已被 ťā muên ỳ pí *ille* (pl.) *jam* (not. paſſ.) — amati ſunt.

PASSIVUS.

Tertia perſ. plural.

Præteritum.

愛	ngái.	*amari*
了	leaò.	*finire.*
amati ſunt.		

Præſens.

愛	ngái.	*amari.*
amantur.		

Futurum.

愛	ngái.	*amari.*
amabuntur.		

MODI.

Prima perſona ſingularis.

Imperfectus.

切	ćiĕ	*arti-culo*
那	ná	*illius*
時	xî	*tempo-ris*
我	ngò	*ego*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	*amari.*
amatus eram.		

Pluſquamperfectus.

切	ćiĕ	*arti-culo*
那	ná	*illius*
時	xî	*tempo-ris*
我	ngò	*ego*
已	ỳ	*jam*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	*amari*
過	kuó	*tranſi-re*
了	leaò.	*finire.*
amatus eram.		

Optativus.

切	ćiĕ	*arti-culo*
那	ná	*illius*
時	xî	*tempo-ris*
我	ngò	*ego*
願	yuén	*velle*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	*amari.*
optarem amari.		

MODI.

Imperfectus.

Prima persona pluralis.

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius
時	xî	temporis
我	ngó	ego
們	muên	(pl.)
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	amare.

amati eramus.

Plusquamperfectus.

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius
時	xî	temporis
我	ngò	ego
們	muên	(pl.)
已	ỳ	jam
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngâi	amare
過	kuó	tranſire
了	leaò.	finire.

amati eramus.

Optativus.

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius
時	xî	temporis
我	ngò	ego
們	muên	(pl.)
願	yuén	optare
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	amare.

utinam amaremur, *vel* optaremus amari.

ſecunda perſ. ſing.

Imperfectus:

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius

amabaris.

Plusquamperfectus:

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius

amatus eras.

Optativus:

切	čiĕ	articulo
那	ná	illius

utinam amareris,

MODI.

Imperfectus.

Secunda persona singularis.

Chinese	Sound	Latin gloss
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	*amari.*

amabaris.

Plusquamperfectus.

Chinese	Sound	Latin gloss
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*
已	ỳ	*jam*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái	*amare*
過	kuó	*tranſire*
了	leaò.	*finire.*

amatus eras.

Optativus.

Chinese	Sound	Latin gloss
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*
願	yuén	*optare*
被	pí	(not. paſſ.)
愛	ngái.	*amari.*

utinam amaretis, *vel* optares amari.

Imperfectus.

ſecunda perſona pluralis.

Chinese	Sound	Latin gloss
切	ćiĕ	*articulo*
那	ná	*illius*
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*

amabamini.

Plusquamperfectus.

Chinese	Sound	Latin gloss
切	ćiĕ	*articulo*
那	ná	*illius*
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*

amati eratis.

Optativus.

Chinese	Sound	Latin gloss
切	ćiĕ	*articulo*
那	ná	*illius*
時	xî	*temporis*
你	nì	*tu*

utinam amaremini, *vel* optaretis amari.

MODI.

Secunda perſona pluralis.

Optativus.			*Plusquamperfectus.*			*Imperfectus.*		
(pl.)	muên	們	(pl.)	muên	們	(pl.)	muên	們
optare	yuén	願	*jam*	ỳ	已			
(not. paſſ.)	pí	被	(not. paſſ.)	pí	被	(not. paſſ.)	pí	被
amari.	ngái.	愛	*amari*	ngái	愛	*amari.*	ngái,	愛
			tranſi-re	kuó	過			
			finire.	leaò.	了			
utinam amaremini, *vel* optaretis amari.			amati eratis.			amabamini.		

Tertia perſona ſingularis.

Optativus.			*Plusquamperfectus.*			*Imperfectus.*		
arti-culo.	ćiĕ	切	*arti-culo*	ćiĕ	切	*arti-culo*	ćiĕ	切
illius	ná	那	*illius*	ná	那	*illius*	ná	那
tempo-ris	xî	時	*tempo-ris*	xî	時	*tempo-ris*	xî	時
ille	ťā	他	*ille*	ťā	他	*ille*	ťā	他
optare	yuén	願	*jam*	ỳ	已			
paſſ.) (not.	pí	被	(not. paſſ.)	pí	被	(not. paſſ.)	pí	被
utinam amaretur, *vel* optaret amari.			amatus erat.			amabatur.		

MODI.

Tertia persona singularis.

	Imperfectus.	*Plusquamperfectus.*	*Optativus.*
Sinice	愛	愛過了	愛
Pronunciatio	ngái.	ngái. kuó leaò.	ngái.
Latine	*amare*	*amare transire finire.*	*amare*
	amabatur.	amatus erat.	utinam amaretur.

Tertia persona pluralis.

	Imperfectus.	*Plusquamperfectus.*	*Optativus.*
Sinice	切那時他們被愛	切那時他們已被愛過了	切那時他們願被愛
Pronunciatio	ciĕ ná xî tā muên pí ngái.	ciĕ ná xî tā muên ỳ pí ngái kuó leaò.	ciĕ ná xî tā muên yuén pí ngái.
Latine	*articulo illius tempo-ris ille* (pl.) (not. paſſ.) *amare.*	*articulo illius tempo-ris ille* (pl.) *jam* (not. paſſ.) *amare tranſire finire.*	*articulo illius tempo-ris ille* (pl.) *optare* (not. paſſ.) *amare.*
	amabantur.	amati erant.	utinam amarentur, *vel* optarent amari.

NOTÆ.

in Verba eorumque affectiones generatim.

Quæ de Verbis huc usque scripsimus, ea fieri solent, ut plurimum, neque aliter conjugantur, si plenè efferas, nec subaudias quidquam; sed consideranda tamen hîc nonnulla, quæ è Sinarum ingenio, potiusquàm ex rei naturâ fluunt.

I°. *De Verbo substantivo.*

Quidquid enunciant, id ab ipsis vulgò graviter ac quàm brevissimè dici, unde est, quod non solùm cum Verbo substantivo, sed etiam cum cæteris non rarò *particulas* omittant, quascumque non judicarint omninò necessarias: itaque (quod fit etiam apud Latinos, Græcos, Hebræos) Verbum substantivum subanditur sæpissimè, *Petrus sapiens*, pro *Petrus est sapiens*, *urbs longinqua* pro *urbs est longinqua*; norunt autem omnes, *hinc* quidem phrases ejusmodi ambiguas, quia adjectivum cum substantivo conjungi potest, ut *Deus sanctus*, absque affirmatione aut negatione ullâ: *illinc* easdem enunciationes, sono vocis, aut gestu facillimè distingui si loquaris, si prudenter ac scitè legeris, discerni non difficile.

II°. *De Verborum activorum & passivorum Particulis.*

Sive hoc sive illud verbi tempus usurpent, *Particulas* ejusdem temporis *constitutivas* ac *distinctivas* quandoque negligunt, præsertim cum tempus ex antecedentibus, sive in sermone, sive in oratione non ignoratur, atque inde non rarò id accidit quod Viatores ac Missionarii in Libris suis annotarunt, apud Sinas, si quis, postquam Oratio jam incœpta est, aut tardius venerit: queis de rebus disserat Orator, aut generatim collocutor, ab illo non statim, nec nisi post phrases complures intelligi; quæ res & vera est, nec mira tamen, si quidem apud nos etiam ipsos perquam frequens.

Quapropter 1°. remoto omni kīn *nunc*, verbum unum cum *pronomine* erit, *præsentis* temporis: ngò ngái *ego amare*, *ego amo*; nì ngái *tu amas*, tā ngái *ille amat*, ngò muên ngái *nos amamus*, nì muên ngái *vos amatis*, tā muên ngái *illi amant.*

2°. Itidem à *Præterito*, aberunt Præteritorum *Particulæ*, si non omnes, certè hæc aut illa, v. g. aut ỳ, aut leaò, aut kuó, aut yeù, quarum characteres vide supra.

3°. In *Futuris* desiderabitur ċiām, &c.

4°. Hinc etiam exurgunt variæ illæ locutiones, quas Græci & Latini & nos ipsi ascitis ad verbum unumquodque modorum terminationibus efformamus. *j'aimai*, *que j'aime*, *que j'aimasse*, *j'eusse aimé*, *que j'eusse aimé*, *quand j'aurois aimé*, *quand j'aimerois* ou *quoique j'aimasse*, *quoiqu'il aimât*, *afin qu'il aime.*

5°. Idem erit judicium de *Gerundiis*; nam *amandi*, *docendi*, &c. quod ad *participia* omnino vergat, fit quidem adhibitâ genitivi notâ tiě; sed *amando*, *docendo* quæ ad dativum & ablativum referuntur, non indicantur nisi per ỳ & goéi: sic

ỳ	*ad*	以
hîm,	*ambulandum.*	行
goéi	*ad*	爲
hiŏ.	*discendum.*	學

III°. *De Verborum idem significantium duplicatione.*

Annotandum quoque aliud, quod tamen ad Syntaxim potius pertinet, Verba apud Sinas, *Particulis* non mutatis, sed ad utrumque relatis, adhiberi sæpissimè duo, idque elegantiæ haberi non minimæ; quod si ergo dicere voluerint *penetrare*, non dicent tantummodo

tūm	*penetrare*,	通
sed addent		
teú,		透
hispanicè *trapassar.*		

LIBER IV.

LIBER QUARTUS.

DE LINGUÆ SINICÆ PARTICULIS.

IN omnibus Linguis, præsertim vulgaribus, distinguuntur hoc loco,

1°. *Adverbia.*
2°. *Præpositiones* aut *Postpositiones.*
3°. *Conjunctiones.*
4°. *Interjectiones.*

Ab Orientalibus tamen confundi vulgo solent generali *Particularum* nomine, & apud Græcos ipsos, Grammaticæ sunt nonnullæ in queis partem orationis unam tantum constituant, hîc nos observabimus duo.

Primò quidem ex naturæ ipsius ductu, ut apud Gentes alias omnes, ita apud Sinas eundem *Particularum* numerum esse oportere; alioqui quo tandem pacto id indicarent quod nos philosophicè dicimus, *Terminum à quo*, *terminum ad quem* & appellant rectè sane Grammatici, varias *locorum* quæstiones, *ubi*, *unde*, *quo*, *quâ*, &c?

Judicium de *Conjunctionibus* ferendum, idem omninò est, Populus sub sole nullus, aut ejusmodi locutionum expers, aut qui carere iisdem possit. Separationes phrasium inter homines prorsus necessariæ, queis sine, seipsi inter loquendum nullo modo intelligerent. Itaque quomodo apud Græcos & Latinos *conjunctiones* aliæ reverà *conjunctivæ*, aliæ propriè *disjunctivæ*, huc enim contribui solent quæ generis sunt ejusdem, itemque aliæ *concessivæ*, *adversativæ* aliæ vel *causativæ*, vel *conclusivæ*, vel *conditionales*, sic etiam apud Sinas reperientur.

Quod ad *Interjectiones* attinet, 1°. appendices quædam sunt humanæ infirmitatis, quæ ubique Gentium vel eadem vel non prorsus diversa. *Ridemus* enim omnes, *admiramur*, *indignamur*, *gemimus*, *ploramus.*

2°. Si ad Sinas oculos converteris, ubi tam magnificè decorantur funera, ubi tandiu deflentur ab omnibus Patres, Matres, Fratres natu majores, &c. Si ea legeris quæ aut *Semedo* de funeribus Sinarum generatim pag. 108. 115. 123. aut *Magalhanes* edit. itidem gallicæ pag. 58. 59. aut Viatores Arabes à Renaudoto editi pag. 27. & 28. aliique Authores, præsertim Missionarii, de mortuorum cultu scripserunt: *Interjectiones* illîc multò plures quam apud nos esse debere judicabis confestim.

Deinde verò id mihi prætereundum non est, sicut apud Græcos Authores, Homerum v. g. ipsosque Oratores, Demosthenem, Isocratem, &c. particulæ quædam *expletivæ* habentur, atque ad ornatum solummodo faciunt, ita apud Sinas non deesse Particulas ejusmodi quæ ad decorem atque orationis ornamenta potius quam ad sensum pertineant.

Hasce easdem Particulas, 1°. *numerales* vulgò nuncupamus, scilicet vel quod ad Orationis numerum atque amplitudinem conferant, vel quod numerus dici possint, atque ad rerum significationem non nisi inutiles. 2°. Dividunt plærumque Grammatici in *medias* & *finales* aut *terminativas*. Quæ in medio ponuntur, eæ haberi solent tantummodo *expletivæ*, quæ in fine phrasium, *expletivæ* etiam sunt, sed præterea *distinctivæ*, his enim à se invicem distinguntur phrases ac periodi.

Itaque Liber hic quartus in Sectiones dividetur duas: *alteram* de Particulis *communibus*, *alteram* de Particulis *numeralibus* quæ brevissima. Erunt ergo Sectionis *prioris* Articuli hice novem.

Primus, de Affirmatione.
Secundus, de Negatione.
Tertius, de Quantitate.
Quartus, de Conditionalibus.
Quintus, de Modificationibus.
Sextus, de Temporis, Ordinis, Loci & Sitûs, Præ & Postpositionibus.
Septimus, de Conjunctione.
Octavus, de Interjectione.
Nonus, de Adverbiorum speciebus.

Posterioris de Numeralibus *Articuli* non nisi tres.

Primus, de Expletivis Nominum.
Secundus, de Expletivis Verborum.
Tertius, de Expletivis Orationis.

SECTIO PRIMA.

Articulus Primus.

De Particulis Affirmationis.

AFFIRMATIO est cum dicimus, *ita*, *sic*, *verè*, &c. Gallicè *oui*, *assurément*, *certainement*, *sans doute*. Sed Sinæ respondent sæpissimè per *verba substantiva*. Itaque 1°. de re, quæ *est* simpliciter, respondent

xí *est*, 是

verbi gratiâ, *bonus ne est?* respondent xí, aut etiam

haò, *supple* xí: 好

2°. De re quæ *in* hoc vel illo *loco* fuerit, dicent

çaí, *est in*, gallicè, *il y est*. 在

3°. Quod si de *possessione* agatur, responsio fit per verbum yeú, verbi gratiâ, *habetne aurum*, respondetur

yeú, *habet*. 有

4°. In asseveratione nudâ usurpatur

çú gên, *certè*, 自然

gallicè, *assurément*.

aut

kuò gên, *certè*, 果然

vel *profectò*, *ita est*, *sic*.

5°. Affirmatio non omnimoda & quodammodo ratiocinantis, est

kiŏ, *reipsâ*, *enimvero*. 去

Quæ est etiam *modificationis* & *ordinis* particula.

6°. In hujusmodi phrasi, *ita esse puto*, gallicè, *Je crois que oui*, non aliud dicitur nisi *ego credo*, vel *credere*, *ita esse*, vel *esse in*.

7°. *Equidem*, *profectò*, exprimuntur etiam per

naì, *equidem*. 乃

mîm, *clarè*. 明

pĕ, *lucidè*. 白

8°. Respondetur etiam ejusdem verbi repetitione, quod apud omnes Gentes vulgatissimum.

ARTICULUS II.

De Particulis Negationis.

I°. *De Negatione ſimplici.*

NEgatio autem duplex, ſimplex & abſo lu ta. Itaque Negationi ſimplici inſerviunt particulæ ſequentes.

1°. pǒ, pŭ & pú

pǒ *non* 不

quod uno charactere, licet accentus habere poſſit duos, exprimitur. Nimirum

pǒ, *non*, 不

Sic

pǒ *non* 不
laî. *venit.* 來

pǒ *non* (eſt) 不
pĕ. *albus.* 白

2°.

mǒ *non*, 莫

& aliquando *nondum* præſertim ante yeù: hoc enim ferè conjungitur cum verbis illis tribus.

xí *eſſe* 是

çaí *eſſe in*, 在

yeù *habere*, *haberi.* 有

Et eſt etiam prohibitivum: ſic

mǒ *ne* 莫
xuĕ. *dixeris.* 說

3°.

vû *non*, 無

quod per *ſine* reddi poteſt, aut impoſſibilitatem quandam ſignificat. Sic

vû *non eſt* 無
gîn. *homo qui.* 人

4°.

vû *nonne.* 亡

quæ etiam prohibitiva apud Antiquos.

5°.
vŭ 勿 *ne*

6°.
vû 毋 *ne* prohibitiva.

7°.
vû 无 *ne.*

8°. & 9°.
fĕ 弗
vel *non, non est.*
foĕ. 咈
idem quod vû.

10°. & 11°.
fi 非
& *non est.*
fí. 匪
verbum enim substantivum continet.

12°.
feù, 否 *non?*
idque interrogando.

13°.
vî 未 *nondum.*

14°.
vî 未 *nondum*
cêm. 曾 *perfecit.*

15°.
hoân. 還 *potius.*

16°.
pŏ 不 *non.*
cêm. 曾

17°.
vî 未 *nondum.*
hoân. 還

18°.
pŏ 不 *non*
vâm. 亡 *habere.*

19°.
vâm 罔 *non habere, non magnificare.*

20°.
mì, 靡 *non, negatio.*

21°.
pŏ 不 *non*
tĕ. 得 *potest.*

22°. pŏ repetito post tĕ.

pŏ | non | 不
tĕ | potest | 得
pŏ. | non. | 不

cui additur verbum id de cujus significatione agitur.

De

pŏ | ne | 不
yaô, | cupias, | 要

dictum est *Lib.* 3. in Verbis, ad Imperativum.

Nunc ut negatio absoluta fiat, adduntur tantum hæ particulæ.

1°.

civĕ, *perficere*, achever, 絕

perfectè, gallicè *absolument*.

2°.

ćivên, *totaliter*, *omnimodè*. 全

3°.

tū (tou) *omnino*. 都

4°.

ván, *mille millies*, en toute occasion, 萬

5°.

ćiēn | *ante* | 前
ván, | *millies*, | 萬

id est, *absolutè*, (diceres *millies*, aut *sexcenties*.)

6°.

tím | *determinare*, | 定
tím, | *determinare*. | 定

NOTÆ.

Negamus aut repudiamus aliquid modis quamplurimis, sed his ferè tribus: nimirum, dicitur tantum, aut *non*, *non est*, *non venit*, *non faciet*, &c. aut *nullomodo*, *nunquam*, cum res absolutè rejicitur, aut hæsitanter aut dubiè: hoc fieri non posset, non convenit. In negatione simplici, *priores* illæ Particulæ adhibendæ: In negatione absolutâ, atque omninò repudiante conjungendæ *posteriores*: at negationes sunt mediæ, quæ, eam quâ de agitur rem, non rejiciunt prorsus, neque omninò admittunt; quod apud Sinas, quemadmodum apud alias Gentes accidit. Præterea Negationes dantur *Prohibitivæ*, ut jam ex Imperativis Verborum nosti.

1°. *De Negatione simplici.*

1°. Pŏ *Non.*

Sic

pŏ | non | 不
laî. | venit. | 來

pŏ *non* 不
pĕ *albus.* 白

& suppleri poteſt verbum ſubſtantivum.

2°.

mŏ, *non*, 莫

hoc ferè conjungitur cum tribus verbis.

xí, *eſſe, eſt.* 是
çaí, *eſſe in.* 在
yeù, *habere, haberi.* 有

Exemplum.

mŏ *non* 莫
yeù *eſt* 有
gîn *homo* 人
(qui)
laî. *venerit.* 來

Idem erit cum xí *eſſe*, & çaí *eſſe in*, & ſubaudiendum *Relativum.*
Ponitur etiam ſolum, ac ſine verbis ſubſtantivis; ſed ſubaudiuntur:

Sic

mŏ *non* 莫
laî. *venit.* 來

Il n'eſt point venu.

mŏ *non* 莫
chú. *locus.* 處

ſupple *eſt.*
Il n'y a point de place.
Præterea Verbo ſubſtantivo eleganter poſtponitur, idque ante adjectivum. verbi gratiâ.

kién *beneficium* 件
xí *eſſe* 是
mŏ *non* 莫
tá. *magnum.* 大

adde *ſicut.*
Il n'y a point de ſi grand bienfait que quand, &c.

mŏ *nondum* 莫
yeù *habet* 有

tsŏ | *facere.* | 作

Il n'a pas encore fait.

3°.

vû | *non,* | 無

non est, nihil est, in Libris usitatius.
Exempli gratiâ.

vû	*non*	無
	(est)	
sò	*quod*	所
pŏ	*non*	不
chī.	*sciat.*	知

id est, *nihil est quod nesciat.*

vû	*non*	無
	(est)	
gîn	*homo*	人
	(qui)	
pŏ	*non*	不
kiŭ.	*veniat.*	去

Il n'y a point d'homme qui ne vienne.

Inter phrases hasce differentia hæc est, quod *gîn* aut aliud nomen quodvis *nominativus* sit, neque ullum post se *relativum* requirat, dum *sò*, quod relativum est, tum pronominis in se relativi, tum pronominis antecedenti correspondentis, vices sustinet; itaque in vû sò pŏ chī, relativum sò est *ea res quam*, ut apud Latinos *quod*, non raro est *id quod*, *ea res quæ* vel *quam*. Jam si *negationes* hæ duæ

vû,	*non,*	無
pŏ,	*non,*	不

se invicem subsequantur; *prior* ita exponenda est ut aliquid expectet, aut post se subaudiat; *posterior* ad verbum ei immediatè subjectum pertinet.
Exempli gratiâ.

vû	*non,*	無
pŏ	*non*	不
kiŭ	*ire*	去
chī	(not. gen.)	之
lì.	*ratio.*	理

Vides hîc sensum alium esse non posse præter hunc:
non, *non eundi ratio* (*est* vel *esset*) & vû, conjungendum cum lì pŏ kiŭ chī esse, τὸ *non ire*: & eodem modo dices:

vû, non, 無
pŏ non 不
chùn concedere 准
chī (not. gen.) 之
lì. ratio. 理

non esset ratio, non concedendi: si non concederet, rationi consentaneum non foret.

4°.

vû, *non, ne.* 亡

5°.

vû vŏ vuŏ. 勿

6°. item

vû. 毋

& 7°.

vû: 无

sunt plærumque *prohibitivæ* tantummodo, & quarta nonnisi apud Veteres invenitur, usûsque non est frequentis.

sic

vŏ *ne* 勿
laî. *veneris.* 來

significant tamen etiam (præsertim ultimum) *non est, non habetur*, il n'y a.

8°. & 9°.

fĕ vel fŏ vel foĕ 弗
& foĕ, 咈

idem est quod vû, & character uterque in Libris frequentior.

10°. & 11°.

fī *non est,* 非
& fì, *non est,* 匪

sic

fī *non est* 非
châm, *semper,* 常

non est vulgare, il n'est point ordinaire.

fī *non est* 非
lì. *humanitatis,* 禮

Il n'est

Il n'est point de la civilité de

Prius, commune, & in Libris, & in vulgari fermone; fed obferva fi verbo fubftantivo

xí *effe* 是

præponi non poffe, at non raró poftponitur: dicitur ergo

xí | *eft* 是
fi. | *non*, 非

il n'y a point.
imo fæpe etiam fubauditur, fic

fi | *non* 非
laî | *venit* 來
tiĕ. | *qui.* 的

non vertas, *non venit*, fed *non eft qui venit.*

12°.

feù, *nonne?* 否

utuntur tum cum interrogant.

13°.

vî, *nondum.* 未

fic

vî | *nondum* 未
laî. | *venit.* 來

hinc unà cum ćêm *perfecit* & hoân *contra.*

14°. vî ćêm, fic

vî | *nondum* 未
ćêm | *perfecit* 曾
ćhĕ. | *comedere.* 食

15°. hoân vî, fic

hoân | *certè* 還
vî | *nondum* 未
cín. | *intravit.* 進

16°. pŏ ćêm *nondum*, propriè *non perfectum.*
17°. hoân pŏ, propriè *antea non.* Hæ periphrafes quatuor, ut vides, exponendæ funt *nondum.*
18°. 19°. & 20°. rariores funt.

Sed ut nihil frequentius quam pŏ, ita pŏ tĕ etiam duplex eft, pŏ tĕ & pŏ tĕ pŏ, de quo addendum nonnihil.

Si quid de pŏ ipfo præmiferimus, ac *primò* quidem, dum pŏ tono quinto communiffimum, pú tono quarto, quamvis ejufdem characteris, majus quid-

dam ſonat, & in oratione elegantiori uſurpatur.

Deinde in phraſibus non ſemper verbo præponitur, ſed ei nomini vel adjectivo vel adverbio, quod rem negatam continet, ſic non dicitur,

pǒ chě tō,
non comedit multum.

Sed

chě	*comedit*	食
pǒ	*non*	不
tō.	*multum.*	多

il mange non beaucoup.

Quia res ea quam negas eſt, *comeſtionis multitudo*, ſeu, ut philoſophicè loquar, *eſcæ quantitas.*

Eodem modo

non feſtinanter ivit.

çeù	*ivit.*	走
pǒ	*non*	不
kuái.	*feſtinè.*	快

il a marché non vîte.

pro eo quod gallicè diceres,

il n'a point marché vîte.

Idem annotandum de *Verbo*, ſi res negata ad Verbum ſpectat.

Exemplum.

ngò	*ego*	我

pǒ	*non*	不
laî.	*veni.*	來

quia id quod negatur nihil aliud eſt quàm *me veniſſe.*

Tertiò, Negatio perſonæ aut rei agenti ſemper ſubſequitur; ſic non dices:

non gallus cantat,

ſed

kī	*gallus*	鷄
pǒ	*non*	不
mîm.	*cantat.*	鳴

Quartò, jam ſi dicere volueris, *gallus qui non cantat*, cum phraſis τȣ *cantare* adjectiva fiat, tunc phraſi toti præponitur negatio.

Exemplum.

pǒ	*non*	不
mîm	*cantans*	鳴
tiě	(not. gen.)	的
kī.	*gallus.*	鷄

quaſi efferres *non cantor eſt gallus*; nam fit mîm tiě quaſi participium.

Sic N. *non ſtudet.*

pŏ — N. *non* — 不
tŏ — *legit* — 讀
xū — *librum.* — 書

N. *non eſt ſtudioſus.*

pŏ — N. *non* — 不
tŏ — *lector* — 讀
xū — *librorum.* — 書
tiĕ — (not. gen.) — 的

id eſt, *non eſt legens libros*, aut *lector librorum.*

Nunc venio ad

pŏ — *non* — 不
tĕ — *poſſe.* — 得

ex annotatione ſecundâ ſupra, pŏ cum eâ dictione conſtruitur in quam cadit *negatio*, ita hoc loco cum

tĕ — *poſſe*, — 得

hoc, *verbum* ſit, ac præter id verbum cujus actio aut paſſio negatur, negatio eidem

tŏ — *poſſe* — 得

adjungatur neceſſe eſt.
Exempli gratiâ, *venire non poteſt*, ita ordinabis ut latinè,

laî — *venire* — 來
pŏ — *non* — 不
tĕ. — *poteſt.* — 得

gallicè, *venir il ne le peut.*
quid enim negatur? non τὸ *venire*, ſed veniendi poteſtas.

Cæterum inverſio hîc elegans, quod ſi efferres pŏ tĕ laî eſſet ac videretur Sinis enunciatio miſera. Repetitur etiam non ineleganter pŏ poſt tĕ. Exemplum. *non venire non poteſt*, dices:

pŏ — *non* — 不
tĕ — *poteſt* — 得
pŏ — *non* — 不
laî — *venire.* — 來

gallicè, *il ne peut s'exempter de venir.*

pŏ — *non* — 不

tě | *poteſt* | 得
pǒ | *non* | 不
xí | *eſſe.* | 是

gallicè, *il ne peut pas ne point être*, &c.

Quintò, fit præterea *negatio* ex *interrogatione*, atque *inflexione* vocis ſolâ, ut ſi latinè diceres *unde habet*, *unde venit?* Itaque

nà | *quo* | 那
| (ex) |
laî | *loco* | 來
yeù. | *habet.* | 有

ſi nihil addideris, idem eſt quod, *nihil habet quidquam.*

II°. *De Negatione omnimodâ & abſolutâ.*

Difficultas hic nulla, & adjiciendæ tantummodo eæ, quas legiſti *Particulæ*, civě, civên, tū, ván, çiēn ván, tím tím, & ſi qua eſt ejuſmodi, quæ *abſolutionem* ac *totalitatem* ſignificet.

ſic

civě | *perfectè* | 絕
pǒ | *non* | 不
yaó | *volo* | 要

çó. | *facere.* | 作

ſupple *eum*, *omninò nolo faciat*, aut *facias*; nam Perſona ſupplenda eſt.

civên | *omninò* | 全
pǒ | *non* | 不
laî. | *venire.* | 來

quæ phraſis eſt temporum omnium.
Il n'eſt abſolument point venu.
Abſolument il ne viendra point.

tū | *totaliter* | 都
pǒ | *non* | 不
kěm. | *quæſivit.* | 肯

nullo modo quæſivit.

ván | 10 *millies* | 萬
& | (&) |
ćiēn | *ante* | 前
ván | *decem millia* | 萬

pǒ *non*

pŏ	non	不
yaò	velle	要
ĉhŭ.	egredi.	出

id eſt, *nunquam omninò egredi in animo eſt mihi.*

tím	certè	定
tím	certè	定
mŏ	non	莫
yeù.	haberi.	有

id eſt, *certiſſimè non habetur, non eſt*: il n'a point, *vel*, il n'y a point certainement.

Ex illis omnibus Particulis nulla

τϋ	tū,	都

uſitatior, & ſemper præcedit verbum, at nominibus poſtponitur, quam rem, id eſt, priorem aut poſteriorem locum de omnibus univerſalitatis monoſyllabis in Syntaxi & capitibus ſequentibus accuratè obſervatam reperies. Vide interim inter Pronomina, ſupra pag. 76. & 77.

2°.

In Negatione per Interrogationem.

Inſerviunt hîc monoſyllaba hæc,

1°.

feù	num?	否

2°.

hû	cur? quorſum?	乎

3°.

mò	num?	麽

4°.

pŏ pú	non?	不不

5°.

pŏ	non jam?	不
ĉèm.		怎
ĉèm	quomodo?	怎
mò.		麽

6°.

hŏ	quomodo?	曷

7°.

hŏ	cur non?	盍

8°.

hŏ	*quomodo ?*	嗑

Exempla nonnulla addenda ſunt.

1°.

nì	*tu*	你
çó	*facere*	作
leaò	*jam*	了
feù ?	*num ?*	否

feciſti-ne tu jam ?

2°.

tā	*ille*	他
muên	(not. plur.)	們
laî	*venire*	來
hû.	*num ?*	乎

an illi venerunt ?

3°.

nì	*tu*	你
xuí	*dormire*	睡
leaò	*jam*	了
mŏ ?	*num ?*	麼

jam ne dormiſti ?

4°.

pŏ	*non ?* gallicè *ou non ?*	不

ita ut ſemper inter monoſyllaba duo interſit, in quæ cadit interrogatio negativa: ſic

kèm	*petere ?*	肯
pŏ	*non*	不
kèm.	*petere ?*	肯

gallicè, *demandez-vous*, *ou non ?*

aliter,

nì	*tu*	你
kèm	*petere ?*	肯
pŏ	*an non*	不

cèm?	*absolutè?*	怎

num absolutè petis?

Non desunt interrogationes de *modo*; sic si dicere volueris *itane est an non?* fit hujusmodi locutio ex fī negatione & xí verbo substantivo:

sic

xí.	*est*	是
fī	*non?*	非

seu *est ne, an non? est?*

aut

xí	*est ne?*	是
pō	*an non*	不
xí.	*est?*	是

& fī mò in fine posito.

xí	*est*	是
fī	*ne*	非
mò.	*non?*	麼

item.

yeù	*habetur?*	有
mò	*an non*	麼
yeù.	*habetur?*	有

n'y a-t'il pas?

ponitur etiam mò yeù unà cum aliis verbis:

sic

laî	*venire*	來
leaò	*finitum*	了
mò	*non*	麼
yeù.	*habetur?*	有

id est, *num venit an non?* sed phrasis est minus elegans.

III°

Particulæ interrogationibus propriæ.

1°. *Cum de rei causâ ac modo agitur.*

Particulæ hîc etiam multæ.

1°. gān çái	2°. gān yèn	3°. hŏ	4°. hô	5°. hô jû
6°. hô guêi	7°. hô ýn	8°. hô kù	9°. cêm mò	10°. cem mò yám
11°. xí nà	12°. xín mò	13°. goéi xín mò		

quas nunc ſigillatim adſcribemus.

1°.

gān 安
çāi. 哉 *num?*

& 2°.

gān 安
yèn. 焉 *num?*

in Libris tantùm & apud Litteratos reperiuntur, ſignificantque, *num?* eſt-ce que?

çāi 哉

autem ſolum in fine phraſeos ponitur, ſed ita ut præcedat aliqua ex his quæ ſequuntur particulis; nimirum

hô 何 *vel*
kì 豈 *vel*
hî 奚 *vel*
ū 烏 *vel*
gān 安 *ſupra;* *vel*
hû 乎 *vel*
yĕ 也 *vel*
yû 與

quæ omnes particulæ etiam ſine

çāi 哉

interrogationi inſerviunt, verbi gratiâ,

kì 豈 *quî, quomodò?* &c.

Sed vulgò præcedit earum, quas hîc poſui, una, queis addes,

ū 惡 *quomodò?*

xŏ 孰 *quis?*

hŏ 盍 *cur non?*

quare non? pourquoi non?

hŏ

3°.

hŏ 曷 *quomodo & cur?*

4°.

hô 何 *quantum?*

hô 何 *quantus*
tá. 大 *est?*

combien eſt-il grand ?

5°.

hô 何 *quomodo?*
jû. 如

quo pacto? ſic

hô 何 *quomodo*
jû 如
xām 傷 *percuſſiſti*
tā. 他 *eum?*

quomodo eum percuſſiſti? de verbo ad verbum : *quî ſicut*, ubi *ſicut* expletivum.

6°.

hô 何 *cur*
goéi. 爲 *facere?*

cur? propriè *cur facere?* ut quidam gallicè, *pourquoi faire avez-vous*, &c.

7°.

hô 何
ȳn. 因

cur, quam ob cauſam?

8°.

hô 何
kú 故

quamobrem? quam ob cauſam?

ſic dicimus hô goéi, *vel* hô ȳn, *vel* hô kú.

pŏ 不 *non*
nién 念 *recitare*
kīm. 經 *preces?*

cur non oras, recitas orationes tuas?

9°.

çêm	quomodo ?	怎
mò.	comment ?	莫

çêm		怎
mò	*quomodo*	莫
çó	*fieri*	作
tĕ.	*potest?*	得

idem erit quod sequitur :

10°.

çêm	*quo*	怎
mò	*nam*	莫
yám.	*modo ?*	樣

quo rerum genere, yám est *genus*, *modus*, mò expletivum non est prorsus, sed interrogationem facit.

Dices ergo etiam : çêm mò yám çó tĕ, *quomodo possibile est, quî fieri potest, quî fit ut ?*

11°.

xí	*est*	是

nà.	*quis ?*	那

pro *quisnam est ?* vide inter Pronomina.

12°.

xín	*quam ob causam ?*	甚
mò.		麽

idem est quod hô kú *supra.* dicunt etiam,

xín	*quæ*	甚
mò	*nam*	麽
yuên	*originis*	原
kú.	*causa ?*	故

quænam est causa ? nam yuên kú est *causa originalis.* Neque alia est phrasis.

13°.

goéi	*facere*	爲
xín	*quæ*	甚
mò	*nam*	麽

subauditur yuên kú.

Unde etiam goéi xín mò yuên kú, *quamnam ob causam & rationem?*

NOTA.

Quoad ordinem, adjicienda hoc loco observatio, in eam interrogationem quæ numero quinto posita est, scilicet

hô	*quomodo?*	何
jû.		如

nam phrasi præponi ac postponi potest: Si dixeris, verbi gratiâ, *quomodo eum percussisti?* idque per admirationem, tunc præponenda est; sed si idipsum inquirendo tantum dixeris, tunc postponi potest. Itaque sic tunc temporis loqui amant, priori modo.

hô	*quomodo*	何
jû		如
xām	*percussisti*	傷
tā.	*eum?*	他

quomodo eum percussisti! at posteriori.

xām	*percutere*	傷
tā	*eum*	他

hô	*quomodo?*	何
jû.		如

quomodo eum percussisti?

2°. Cum de *quantitate* agitur, adhibentur hîc,

1°.

kì	*quot?* combien? *quantum?*	幾

& 2°.

kì	*quantum*	幾
kó.	*hoc?*	箇

3°.

kì	*quàm*	幾
tō.	*multum?*	多

4°.

kì	*qualis*	幾
puēn.	*fundamenti?*	本

aut simpliciter *quantum?* nam puēn hîc expletivum est.

NOTA.

Primùm, ubi de *quantitate discretâ* loquimur, & quâ de re agitur, ea res

peculiarem sibi particulam non habet, ei semper adjungi solere

kó *hoc* 箇

Deinde ubi de *quantitate continuâ*, requiri

tō 多

3°. *Cum de Tempore agitur.*

Interrogatio de *Tempore* fit modis quatuor.

1°. Per

kì *quantum, quanta*, &c. 幾

2°. Per

xín 甚
mò 麽

3°. Per

xín 甚
ná 那

4°. Per

tō 多

cui sæpe adjungitur

xaò 少

Exempla horum omnium frequentia.

1°.

kì *quot* 幾
niên. *anni?* 年
kì *quot* 幾
yuĕ. *menses?* 月
kì *quot* 幾
kó *hæ* 个
xí *sunt* 是
xîn. *horæ?* 辰

2°.

xín *quale* 甚
mò *nam* 麽
xî *tempus* 時
heú. *post?* 後

gallicè, *en quel tems?*

kì *quali* 幾
mò *nam* 麼
xîn *horâ?* 辰

gallicè, *à quelle heure?*

3°.

xín *quali* 甚
nà *hoc* 那
xî *tempore?* 時

vel

xîn *quali* 甚
nà *hoc* 那
yĕ *uno* 一
xî *tempore.* 時

quonam tempore?

4°.

kì *quali* 幾

tō *multum* 多
châm *longo* 長
kieù *tempore?* 久

quanto tempore? *en beaucoup de tems?*
Dicitur etiam:

tō *multò* 多
xaò *parvo* 少
kieù *tempore?* 久

quasi efferres:
an multo aut brevi tempore?
Atque hi varii *Negationum* modi *generales, simplices, absoluti, per interrogationem*, &c. in quibus regnant præcipuè,

pŏ *non* 不
fī *non* 非
vû *non* 無
mŏ *non* 莫

Articulus III.

De Quantitate.

Particulæ *Quantitatis* sunt quantum, tantum, *autant que*, quot, satis, tot; tantum, valdè, multum, parum, gallicè *gueres*, nimis, paucum, minùs quam oporteat, exigui aut parvi (supple) pretii, paulò minùs, paulò plus, paululum, plusquam, usque ad, semel, bis, ter, &c.

1°. *Quantum* combien, apud Sinas dicitur

tō	*multum*	多
xaò,	*parum?*	少

quasi interrogando, *multum ne an parum?* sic

tō	*multum*	多
xaò	*parum*	少
ŷn	*pecuniæ.*	銀
çù.	(explet.)	子

quantum est pecuniæ?
combien y a-t'il d'argent?
sed apud Litteratos exprimitur per

kì	*quis, quid,*	幾
hô,	*qualis, quale,*	何

2°. Satis in vulgari.

kiéu	*adjuvare*	救
leaò.	*jam*	了

at in Libris,

çŏ	*pes seu sufficientia.*	足
ỳ.	*ad*	以

Il y a pied & suffisance pour

3°. *tantum.*

ché.	*hoc*	這
yám	*modo*	樣
tō.	*multum.*	多

4°. valdè, maximè, *au plus haut dégré.*

tá	*altè*	大
tĕ	*attingere*	得

kìn. | pondus. 緊

quasi diceres, altè ita ut attingat pondus. apud Litteratos est vulgò

tá | altè 大

gên. | (explet.) 然

id est, grandement; nam character τ8 gên videtur expletivè positum, quod alibi frequens.

5°. Multum beaucoup.

tō, multum. 多

sed ubi de pretio, seu multi, seu carè cherement, pretiosè, scilicet

kuéi, carè, 貴

dicitur etiam

kaō | alto 高

kiá. | valore. 價

gallicè à haut prix.

& vice versâ & iisdem characteribus

kiá

kaō.

6°. Parum, gueres, fit dupliciter, vel per

xaò parvè, 少

vel hac periphrasi,

pú | non 不

tō. | multum. 多

7°. Parvi, gallicè, à vil prix, à bon marché, utuntur

cién, contemnere, 賤

contemptim, chose vile.

8°. minus, trop peu,

tái | nimis 太

xaò. | parum. 少

9°. Paulò plus, un peu plus,

tō | multum 多

siē. | parum. 些

quasi diceres, multum & adhuc parum. quod redditur etiam

kèm | plus 更

tō | multum 多

siē. | parum. 些

dicitur quoque

mŏ	*non*	莫
siē.	*parum.*	些

quasi diceres, *non adhuc paululum?*

10°. *Paululum*, tant soit peu.

yĕ	*unum*	一
siē	*parum*	些
siē.	*parum.*	些

11°. *Quantum*, *tanquam*;

jû, *quantum.* 如

idque si cum nomine posueris,

jû	*quantum*	如
nì.	*tu.*	你

vel *sicut tu.*

12°. *Plusquam*, sic *plusquam tu.*

kuó	*transgredi*	過
yû	*usque ad*	逾

nì.	*te.*	你

quod est, *transire ultra te.*

13°. *Usque ad.*

chí	*advenire*	至
yû.	*ad*	于

14°. *Semel*, sive *unâ vice.*

yĕ	*unâ*	一
çaō.	*vice.*	遭

quasi *uno occursu.*

Apud Litteratos dicitur:

yĕ	*una*	一
çú.	*ordine.*	次

& *unâquaque vice*, est

moèi	*unâquaque*	每
çú.	*vice.*	次

gallicè, *chaque fois.*

bis, *deux fois*, apud Litteratos, leàm çú.

leàm | duabus 兩
çú. | vicibus. 次

deux fois.

inter populum.

leàm | duobus 兩
çaō. | occursibus. 遭

sic multis vicibus erit :

tō | multis 多
çú. | vicibus. 次

&
tō | multis 多
çaō. | occursibus. 遭

item.

lúi | speciebus 類
&
çú. | vicibus. 次
&
tō | multis 多
pién. | occasionibus. 便

çaō igitur est occursus *rencontre*, occurrere, & çú ordo *rang*.

14°. *Tantum ut* exprimitur periphrasticè hoc modo.

Tu *tantum posuisti vini ut*, dicunt : Tu *ponere transire vinum usque ad*, & sic de cæteris.

Articulus IV.

De Conditionalibus.

Particulæ conditionales apud Sinas multæ, eæque generis duplicis, *simplices* nimirum & *composita*.

1°. *De conditionalibus simplicibus, seu unius monosyllabi.*

Simplices sunt tantummodo quatuor. 1°. *Si.* 2°. *Posito quod*, gallicè, *en cas que.* 3°. *Absit.* 4°. *Procul dubio quod.*

1°. *Si.*

jŏ, | *haberi*, 若

&
yeù, | *haberi.* 有

id est, *posito quod.*

2°. *Posito quod*, en cas que.

yû, 於

hoc autem differt à sequentibus.

yū *ab* 于

yū, primo tono, quæ eſt accuſativi nota. 于

yû ſecundo tono, quod eſt apud Litteratos *ego.* 予

yù tertio tono quod eſt *dare*, ſed tum cum inferiori dat ſuperior. 予

yú quarto tono, 與

præſentem ſe ſiſtere, alicui rei adeſſe.

Sed videſis Dictionaria noſtra.

3°. *Abſit* quod fit per particulam prohibitivam

hieū, 休

relege ſupra, quæ de *Imperativo prohibente* annotavi.

4°. *Procul dubio quod.*

piĕ, *dubitare* 別

ſcilicet Imperfectis, Subjunctivis anteponitur, uſurpaturque in dubiis, ſed non ſine ſpe, & unà cum exſpectatione aut potius rei poſſibilitate.

Exemplum.

piĕ	*dubitanter*	別
gîn	*homines*	人

pŏ	*non*	不
kēm.	*quærerent.*	肯

gallicè efferres in phraſi, *quod ſi quæreres tu*; & in ἀνταποδόσει *fortaſſe alii non ideò quærerent.*

2°.

De conditionalibus compoſitis, vel monoſyllaborum duorum.

Sunt autem multoplures, ut apud Latinos *etſi*, *quamvis*, *quod ſi*, *verbi gratiâ*, *verbi causâ*, *dubio procul non*, & ſimilia. Erunt ergo :

1°. *quamvis*, gallicè, *quand même.*

ſuī	*quamvis*	雖
gên.	(explet.)	然

2°. *tametſi*, quod idem eſt.

ſuī	*tametſi*	雖
	&	
kí.	*poſito quod.*	旣

3°. *ſi accideret ut*, poſé le cas que, *ſi eſſet.*

jŏ	*ſi*	若
xí.	*eſſet.*	是

4°. *dato quod*, ſuppoſé que, *admiſſo quod eſſet.*

kí	*dato*	既
xí.	*eſſe.*	是

5°. *ſuppoſitò, licet falsè, quod.*

kiá	*falſo*	假
jû.	*ut.*	如

6°. *verbi gratiâ*, par exemple.

pí	*exemplum*	譬
jû.	*ſicut.*	如

7°. *comparationis causâ.*

pì	*comparari*	比
yû.	*ad.*	于

8°. Dicitur quoque hoc ultimum, *la choſe étant ainſi.*

pì	*comparationis*	比
fām.	*parte.*	方

NOTA.

Particulas haſce omnes Verbo præponi oportere, ſed eſſe quaſdam quæ nominibus aut pronominibus poſtponi queant. Exemplum prioris.

jŏ	*ſi*	若
tā	*ille*	他
laî	*venire,*	來
ngò	*ego*	我
cieù	*ire*	就
kiú.	*ſtatim.*	去

ſi venerit, ibo ſtatim, gallicè, *ſi lui venir, moi ſur le champ aller.*

Poſterioris exemplum.

nì	*tu*	你
kí	*poſito quod*	既
kiaó	*legis*	教
chūm.	(in) *medio fueris.* &c.	中

Articulus V.

De Modificationibus, aut Particulis modificativis.

Norunt omnes, eas quas modificationis vocant Particulas, per omnem ferè orationem quaſi diſcurrere: itaque ſi quas hîc repereris quæ in aliis quoque Articulis jam viſæ, mirum id tibi nullo modo eſſe debet. Quænam autem? hæ ſcilicet.

1. Ut, quemadmodum, ſicut, *de même que.*
2. forte an, fortaſſe, *item* fortè, *par haſard.*
3. ferè, quaſi, *à peu près comme.*
4. tantùm, *aut* ita, *aut* ſic, *aut* adeò, in comparationibus v. g. *adeo magnus ut*, &c.
5. quin etiam, præterea.
6. neque plus neque minus, gallicè, *ni plus, ni moins.* Sinæ vertunt *æquè*, de la même façon.
7. Quomodo, quâ ratione, quemadmodum *interrogativè.*
8. ut maximè, *vel* maximè, *&* ut minimum, *vel* minimè, gallicè, *pour le plus, pour le moins.*
9. in dies melius, gallicè, *de mieux en mieux.*
10. certatim, gallicè, *à l'envi.*
11. quamvis, etſi, *quoique.*
12. ideo quod, cum, gallicè, *puiſque.*
13. quia, propterea quod.
14. uno verbo, ut verbo dicam.
15. quapropter, *c'eſt pourquoi.*
16. convenienter, decorè, *convenablement, ſelon la bienſéance.*
17. inconſideratè, *en étourdi*, & *ſans réflexion.*
18. ergo, etenim, *donc.*

Quæ nunc ſigillatim repetenda, & characteribus Sinicis exponenda.

1°. ut, quemadmodum.

jû 如

& aliter dicitur per

ûlh 而 & per

yè 也 & per

yĕ 亦 & per

yĕ yâm, *uno modo.* 一樣

2°. forte an, fortaſſe, forte.

kùm *timere* 恐

pá. *timere* 怕

Apud Litteratos & in Libris uſurpatur alterutrum tantummodo; ſed *forte*, ſeu *par haſard*, eſt

geù *idem* 偶

jên. *etiam.* 然

phraſim

phrasim vulgò præcedit,

geù	*idem*	偶
jên.	*etiam.*	然
yû	*transiit*	踰
chŏ	*occurrit.*	着
tā.	*ipsi.*	他

id est, *fortè occurrit ipsi.* dicitur etiam

hoân	*fortè.*	還

fortè, par hasard, *per accidens.* Hispan. *por ventura.*

3°. ferè, *à peu près*, quasi. Utuntur hac periphrasi: *abesse*, seu *abest non multum.*

chā	*abest*	差
pŏ	*non.*	不
tō.	*multum.*	多

4°. *tam*, *adeo*, *ita*, ante adjectivum ut hæc exprimant, periphrasim quoque adhibent. Remittendus es ad nomina in capite de *Comparativis*, ubi habes

kèm	*plus*, *magis.*	更
yéu	*iterum*, *etiam.*	有
yéu	*iterum.*	又
yeû	*magis.*	尤

5°. Quin etiam, præterea.

hoân	*magis*	況
yeù.	*haberi.*	有

item

yéu	*magis*, *etiam.*	又

item

lím	*ultrà.*	另

&

lím	*ultra*	另
vái.	*foras.*	外

6°. *neque plus neque minus*, gallicè, *ni plus ni moins*, quod est eodem modo sinicè.

yĕ	*uno*	一
puōn.	*modo.*	般

Sæpe etiam pro ſubjectâ materiâ vertitur phraſis, & dicitur,

kuām	*lux*	光
kuām.	*lux*	光

vel

chím	*juſtitia*	正
chím.	*juſtitia.*	正

vel

kān	*dulcedo*	甘
kān.	*dulcedo.*	甘

quæ locutiones huic aut illi interrogationi accommodantur.

7°. *quomodo*, *quâ ratione*? uſurpatur,

vel

hî	*quî?*	奚

vel

ŏ ŭ,	*quî factum?*	惡

vel

kiaó.	*vocari.*	教
kiaō.	*vocari.*	交
kiaó.	*vocari.*	叫

de verbo ad verbum poſteriora hæc tria ſunt *vocare*, quaſi dicerent: *vocarine poſſunt ea quæ dicis?* Priora duo de *modo* & ratione, ſed alterum generatim, nempè hî, alterum in calamitatibus, nempè ŏ ſeu ŭ, ita ut ſit quî *tantum ſcelus*, *calamitas tanta!*

Reſpondetur autem huic interrogationi,

vel

ché	*hoc*	這
yâm.	*modo.*	樣

vel

kŏ	*unoquoque*	各
yâm	*modo.*	樣

vel

pĕ	*centum*	百
puōn.	*modis.*	般

id eſt, *omnibus modis*, *omnimodè.* ut apud Latinos, *modis ſexcentis.*

8°. *ut maximè*, *ut minimè*, gallicè, pour *le plus*, pour *le moins*, ita exprimuntur ut dicas, *ut maximè*.

chí	*usque ad*	至
tō.	*multum*.	多

ut minimè, *ad minimum*.

chí.	*usque ad*	至
xaò.	*parum*.	少

9°. *in dies melius*, gallicè, *de mieux en mieux*, vertitur,

çán	*adjuvando se*	賛
çán	*adjuvando se*	賛
haò	*bonum*	好
leaò.	(nota præteriti.)	了

10°. certatim, *à l'envi*, vel ut apud majores nostros, *à qui mieux mieux*.

siām	*simul*	相
saí.	*comparari*.	賽

11°. *quamvis*, quod etiam habes in *conditionalibus* supra.

suī	*quanquam*	雖
jên gên.	(explet.)	然

aut etiam in Libris solùm.

suī	*etsi*.	雖

item.

çūm	*generatim*	從
gên jên.	(explet.)	然

jên itaque ferè expletivum, dicitur etiam

pién,	*potius*.	便

quod est gallicè, *au reste*; de verbo ad verbum, *quod si ad commoditatem respexeris*.

12°. *cum*, puisque. (vide in *conditionalibus*.)

kí	*quia*, *quod si*.	旣
gên jên.	(explet.)	然

kí est *posito*, *supposito quod*, & usurpatur aliquando unum.

13°. quia, propterea quod, id est, διὰ τὸ ποιεῖσθαι.

ӯn	*quia*	因
guéi.	*factum.*	爲

& apud Litteratos,

kaí,	*etenim.*	蓋

14°. *uno verbo*, ut breviter dicam,

çùm	*summatim*	總
xuĕ.	*loquendo.*	說

15°. *quapropter*, c'eſt pcu-quoi.

xí	*eſt*	是
kú.	*ratio, cauſa.*	故

Exprimitur etiam per

sò	*quod*	所
ý.	*ad.*	以

16°. *convenienter*, juxta id quod decet.

kaī	*decet*	該

tām	*conſentaneum rationi*	當
kaī.	*decet.*	該

& ſimpliciter kaī gên.

kaī, *convenit*, *oportet*, *decet.* dicitur etiam unum.

tām.	*rationi conveniens.*	當

item tono quarto & aſpirato.

kí	*& ſimul*	暨
gên jên.	(explet.)	然

ſed eſt, *conjunctim fieri debet, convenitque.* &

41. tí *proſequi majores natu*, ſcribitur diverſimodè, ſed eſt è clavi 57. *arcuum*, tr. 4-5. *analogia* eſt è clavi 12. *ſimultaneitatis*, clavi 4. *curvitatis*, & clavi 57. *arcûs* deſumpta, idque metaphoricè, ut fratrum minorum in fratrem majorem obſervantia, apud Sinas unicè præcepta innuatur, atque inde familiarum omnium coadunatio; ſcribitur autem cum *lunulâ*, ſi in oratione, ut hoc loco, *formam verbi* induerit.

42. ûlh, vide n. 4.

43. haó *gaudere*, hîc per *lunulam*; compoſitio eſt characterum duorum, quorum unus eſt *mulierum*, id eſt, *uxorum*; alter eſt *filiorum* clavis; itaque metaphora hîc duplex, ſignificatio primitiva eſt *uxor* & *filius* ſimul, ſecundaria eſt *gaudere*, *gaudium*, hinc naſci ſolitum; tertia, *expreſſio bonitatis*; itaque idem character eſt *gaudere*, & *bonus*, *bonitas* tono tertio, & *amare* tono quarto; eſt autem è clavi 38. tr. 3. quæ clavis eſt *mulierum*, quia *filium* præcedit *uxor.*

44. fàn *adverſari*, è cl. 94. tr. 2. character eſt compoſitus è clavi 95. quæ *canum* eſt, & rerum ad *canes* pertinentium, ut *adlatrare*, *reſiſtere furibus*, & clave 26. quæ eſt clavis *cadendi*, *ſecandi*, *diſcerpendi*; hinc ergo *analogia.*

45. xám, in genere, *quidquid eſt altum*, *ſupra*, *aſcendere*, è clavi 1. patet *analogia*, & character contrarius etiam è primâ clavi, eſt *infra*, & *deſcendere*, & *inferiores.*

46. chè, expletiva eſt, & *nomina adjectiva* conſtituit, ut è Libro ſecundo diſcere eſt; eſt è clavi 125. tr. 4. quæ eſt *ſenectutis*, & metaphoricè *œconomiæ* & *gubernationis*; character eſt compoſitus, & ſignificat *tendere ad*, & propriè *dirigere verbis*, *oſtendere* quæ ſit unius ad alterum relatio: è clavi 125. quæ *ſenum*, & clavi 73. *dicendi*, cui addere potes clavem 3. *apicis* & *dominationis.*

47. ſièn *rarum*, *novum*, è clav. 195. tr. 6. cæterum character compoſitus ex yû *piſcibus* & yâm *ovibus* quæ *animalia*, ſi unà reperiantur, planè novum & rariſſimum habetur; hinc *notio novi-*

tatis: clavis *ovium & caprarum* est 123.

48. ỳ *expletiva*, vide Grammaticam pag. 204. dicitur vulgò *particula finalis* nihil significans, estque reverà ejusmodi, ut requiem unam indicare videatur, sed cum sit clavis 111. tr. 1. quæ *jaculationis* est & *scoporum attingendorum*, phrases non solùm terminat, sed quandam etiam approbationem, & animum dictâ de re contentum innuit; character compositus è clavi 111. & è clavi 28. *rerum angularium* & *separatarum*.

49. pú, *negatio* eadem quæ supra n. 26. 23. 8. vide n. 8.

50. haó *gaudere*, vide n. 43.

51. fān *adversari*, vide n. 44.

52. xám supra *Magistratus*, vide n. 45.

53. ûlh *&*, *conjunctio*, vide n. 4. 25. 44. è clavi 126.

54. haó *gaudere*, vide n. 43. & 50.

55. çó *facere*, est è clavi 9. tr. 5. verbum est frequentissimum, sicut apud omnes Nationes, & character est compositus ex eâdem *hominis* clavi 9. & chá, quod in clavi 4. reperire est n. 7. & interpretantur *incipere*; sed chá ipsum compositum est, & quamquam è primis characterum figuris, significat *per se*, *emanare*, *repentè*: hæ autem significationes *primitivæ* & profundiores alio loco examinandæ, commentarium enim ampliorem requirunt.

56. luón *turbare*, è clavi 5. tr. 10. propriè secundùm Sinas *non gubernatus*; sed character est compositus è clavibus multis, 1°. è suâ clavi quæ est *curvaturæ*, *effluxionis* & *deperditionis*, 2°. ex 87. quæ *unguium* & rerum *unguibus* aut similiter fissarum, 3°. clavi 13. quæ est *rerum undique coopertarum*, 4°. clavi 36. quæ est *sequelæ*, 5°. clavi 49. quæ clavis *nihili* & *rei desinentis* antiquo modo scripta, 6°. si addideris *antiqui* & *vetusti* & *senectute labascentis* characterem; ex clavi *oris* quæ est 30. habebis *navem* fissam, *vetustam & curvatam*, *quæ undique cooperiri tenebris capta & ad nihilum, & deperditionem suam ruit, & inutiliter gubernatur*. Character ergo est maximè compositus; sed nunc non nisi ex antiquis Libris usurpatur.

57. chè, *explet.* vide quæ dicta ad n. 46.

58. vì *nondum*, ex clavi 75. quæ est *lignorum* & *arborum*, clavis præsto est, sed causa significationis obscura, metaphora est ab *arboribus viridantioribus* & *non maturis*.

59. chī, *explet. relativum* est. vide Grammat. in Pronom. & supra n. 7.

60. yeù *habitum est*, vide n. 12.

61. yē, explet. vide n. 9. & 19.

62. kiūn *Princeps*, vide n. 30.

63. çù *filius*, vide n. 31.

64. vú *summopere studere*, *totum esse in*, propriè *totis armis irruere in*, clavis est 19. *roboris & fortitudinis*, patet analogia *sequi arma & fortitudinem suam*.

65. & 66. puèn *principale*, *fundamentale*, clavis est 75. tr. 1. *arbor est* aut *lignum subtus roboratum*.

67. liē *constitutum* & *stabilitum*, clavis est ipsa 117. propriè est *erectus*, *ad cœlum sublatus*, unde ad mortuorum ἀποθέωσιν usurpatur.

68. ûlh *&*, conjunctio, vide n. 4. 25. &c.

69. taó, *lex*, *officiorum via*, *mores*, *ex lege* & *ex rationis præscripto instituti*; clavis est 156. *currendi*, *festinandi*: figura ejus clavis est duplex, vid. Medit. Sin. pag. 106. & 71. characteris altera pars est è clavi 171. quæ est *capitis*, & *rerum ad caput pertinentium*. Quære ergo in clavi 106. tr. 9. char. 3.

70. sēm *creari*, *creatio*, clavis est ipsa 100. è clavi 32. *terræ*, è clavi 1. *per natus*, & 4. *curvitatis*, ut videtur primitus facta.

71. hiaó *obedientia*, vide n. 40.

72. tí *observantia erga majores natu*; vide n. 41.

73. yè explet. vide n. 59.

74. chè *particula* expletiva & adjectivorum: vide n. 46.

75. kí *is ea id*, vide n. 36.

76. guéi *operum*, *operari*, vid. n. 37.

77. gîn *pectus*, propriè *humanitas*, *analogia*, est *humanitas duplex* seu perfecta.

78. chī, *explet.* vide n. 59.

79. puèn, vide n. 65.

80. yû, una è *partic. explet. fin.* vid. Gramm. p. 205. est è cl. 134. tr. 8. quæ cl. est *mortariorum & contundendi commiscendique*, unde & præpositio est *cum*, *in*, *ad*; inservit etiam interrogationibus, & vertitur *num?* reperitur tono 3. *dare* & tono 4. *assistere*, quæ significationes sunt *confusionis*, *commixtionis & commercii*.

Atque hoc modo characteres tibi quærendi omnes, 1°. per *clavem* & in Dictionario secundùm clavium ordinem distributo, 2°. per *pronunciationes*, si pronunciationem tenueris. Cæterum simul atque edita Dictionaria nostra fuerint, plana tibi erunt omnia utrobique.

ARTICULUS II.

Textus nudus ex eodem Lún yú.

子曰。巧言。令色。鮮矣仁。曾
子曰。吾日三。省吾身。為人
謀而不忠乎。與朋友交而
不信乎傳不習乎。子曰道
千乘之國敬事而信節用

而愛人使民以時。子曰。弟子
入則孝。出則弟謹而信。汎愛
衆。而親仁行有餘力。則以學
文。子夏曰賢賢易色事父母
能竭其力事君能致其身與

朋友交言而有
信雖曰未學吾
必謂之學矣子。
曰君子不重則
不威學則不固。

Textum hunc nudum proponere eâ mente volui, ut, quo temet ipse exerceres, suppeditaretur tibi : cum præcedentem in eodem Libro immediatè sequatur, sitque materies eadem, nimirum dè *observantiâ* fratrum inter se, de *Principibus*, de *obedientiâ* subditorum ; si, quâ te duxi, hâc ipsâ eâdem viâ perrexeris, dextrè progredietur explicatio omnis tua. Jam verò, simul atque impressa Dictionaria mea fuerint, propositis tibi *clavibus*, habitâ *linearum* numerandarum ratione, adjunctis latinè *significationibus*, quî difficultates superarent ullæ ? Addatur ergo

ARTICULUS III.

Annotationes de Poësi & variis Poëmatum generibus.

POëticæ juxta diversas Gentes omnino etiam diversæ, neque verò omnes arbitreris iisdem vel *Poëmatibus*, vel generibus *Versuum* uti & gaudere ; interea Populus tam barbarus nullus, quin & lætetur cantibus, & figuris orationis oblectetur, & rerum gestarum, virtutisque commemoratione alliciatur nudâ licet, atque ipsâ etiam actionum repræsentatione commoveatur ; Quod enim apud Hebræos, Græcos, Latinos factitatum, id cave extra ordinem putes, & mirum esse cuiquam posse ; ex naturâ enim fluit totum.

Habe ergo tibi Paragraphos tantummodò tres.

1°. De *Consonantiis*, gallicè *Rimes* : vocabulum est à ῥυθμός (quod apud Græcos aliud est) derivatum, at significationis nunc haud obscuræ. Consonantiæ igitur apud Sinas, sicut apud nos usitatæ, eorum Poësim constituunt.

2°. Sed quænam Consonantiarum inter se commixtio ? inde enim est *Stropharum* structura omnis.

3°. De naturâ *Poëmatum* agendum nobis : quodnam est scilicet, istud illud ingenium, ut ita loqui amant, quod apud Sinas in variis *Poëmatibus* potissimum regnat ?

Paragraphus Primus.

De Consonantiis generatim.

Consonantias Sinicæ Poësi familiares quis dubio locus, cum ex consonantiis componatur Lingua tota ? Sed consonantiæ Sinarum generis, ut apud nos, triplicis; *neglectæ* aliæ, aliæ *toleratæ*, aliæ *perfectæ*.

Hâc de re præsto est regulâ : *neglectæ* erunt duobus modis.

1°. Si vocali quidem desinant eâdem, consona verò diversa sit,
verbi gratiâ, si *lun* cum *tun*
si *mum* cum *num*
si *guei* cum *luei*
associata fuerint, nonne id negligentiæ vertetur ?

2°. Etiamsi vocabula eadem omninò fuerint, quoad *consonas* & *vocales*; vitium aliud esse potest, nempe *Toni*, si diversus, obstat enim veræ & omnimodæ *consonantiæ*.

Toleratæ ac *tolerabiles* dicuntur, modo itidem duplici; nam 1°. cum *vocalis* sit eadem necessariò, *consona* si diversa, vitium invehet, non illicitum quidem, sed quod minus patiantur aures delicatiores.

2°. *Vocalis* sæpe non diversa, sed solutior, neque ea, quæ præcedenti aut consequenti exactè respondeat, verbi gratiâ, si τῷ *luei* præpositum fuerit, aut postpositum *lui*, aut aliud quid.

Perfectæ ergo censentur, & censeantur, oportet, eæ *consonantiæ*, quæ ad amussim sibi invicem correspondent, quoad tria unà simul, nimirum *vocalem*, quæ prior hîc spectatur, *consonam* quæ posterior, & *tonum* qui hîc *observantiæ* & *sonoritatis*, si ita loqui fas est, cumulus.

Hinc etiam, quæ sit Poëticarum, ut vocant, *licentiarum* natura & origo, augurari facile potes; liberior enim versus vulgò, vel quia *vocalem* non per omnia eandem exhibet, vel quia *consona* omnino diversa est, vel quia *tonum* præ se fert non similem.

Atque ut hæc intelligas omnia, inde etiam accidit sæpissimè ut *tonos* vocabulorum suorum confunderent Sinæ ipsi. Doctores, & alii alio tono efferrent, quorum cunctorum exempla è Sinarum Poëmatibus, & in eo, quem polliceor Tractatu, allata & declarata videre erit.

Paragraphus II.

De Consonantiarum inter se commixtione.

Disceptatio hîc esse non potest ulla, si quis varia Europeanarum Gentium Poëmata excusserit : quid enim ? nonne in *Odis* præsertim, & in *Tragædiis* aut *Comædiis* nostris, diversitatem annotare est infinitam stropharum, commixta res hactenus uniuscujusque arbitratu, & ficta & reficta cuncta.

Exlegem se & liberrimum duxit Poëta unusquisque; itaque admittendum omninò est, quod post Hoangium edidit in *Memoriis Academicis* tomo 2. pag. 536. clarissimus vir, ac mihi amicitiâ semper conjunctissimus *Freretus*, 1°. Linguam Sinicam, etsi auribus Europæis aliquando asperior videatur, non modo *temporibus*, *brevitate* & *longitudine*, sed etiam *vocis* per tonos *elevatione* & *depressione* maximè variari, atque inde harmoniæ exurgere nonnihil, quod non cognoscunt Gentes cæteræ.

2°. *Versus* esse posse syllabarum numero impari, ut 5. aut 7. aut 9. eosdemque consonantiis currere.

3°. *Strophas* vulgò componi solere pari numero, vel 4. vel 6. vel 8. vel 10. vel etiam 12. versuum.

4°. Intermisceri diversimodè generatim Rhythmos (*les Rimes*), sed in primo & ultimo versu poni eosdem.

Ibi definitur *numerus* Rhythmorum, ita ut in strophe versuum 4. versus 1. & 4. 2. & 3. consonent.

2°. In strophâ versuum 6. versus 1. 4. & 6. concordent, 2. cum 3. societatem ineat, & 5. liber sit.

3°. In strophâ versuum 8. similiter exeant 1. 4. 5. 8. & 2. cum 3. 6. cum 7. eandem consonantiam præbeat.

4°. In strophâ versuum 10. consonent 1. 4. 10, concordet 2. cum 3. 5. cum 8. & 6. cum 7; restat 9. qui liber.

5°. Tandem in strophâ 12. in versibus 1. 4. 9. 12. conveniat Rhythmus
& tum 2. cum 3.
5. cum 8.
6. cum 7.
10. cum 11.

Jam si Regulas ejusmodi accuratè perpenderis, nihil illic Sinis peculiare animadvertes, præter illam versûs liberi

loco antepenultimo insertionem, quæ etiam apud quosdam aliarum Gentium Poëtas non rara.

Adduxit & Freretus ex Hoamgio specimina duo, alterum è xī kim desumptum; alterum è Fabellâ quâdam Sinicâ, ubi de *Salice*, quæ lege *Memor. Acad.* tom. 6. pag. 436. jam allatâ, & apud *Bayerum* tom. 1. pag. 127. sed litteris sunt tantum latinis. Præterea adjecit *Bayerus* ex tá hiŏ alia item duo, versiculos nempe characterum trium. At hæc illa quam paucula sunt! eam quidem ob causam magnis illis viris debemus plurimùm, verumenimverò Lectorem curiosum instigant tantummodo, exstimulantque.

Paragraphus III.

De Poëmatum Sinicorum naturâ.

Cum hominibus ferè omnibus innatus quidam Poëseωs amor sit; hinc locutiones poëticæ in pretio semper, hinc Odæ, hinc Epigrammata, hinc variæ cantationum species, atque ab his dubio procul incæperunt prima Poëticæ elementa: num Εποποιιαι primùm inventæ, aut Tragædiæ, aut Comædiæ? apud Græcos quidem genera Poëmatum fere omnia, sed hæc, an non temporum successu, ad id quod vidimus culmen pervenerant: at primùm erant narrationes hujus vel illius facti breves, rudesque, neque ipsâ *Homeri* ætate carmina tam tersa quàm temporibus post secutis (nam de magnitudine Poëmatum hîc non agitur, sed tantum de versificationis elegantiâ.) Quis antiqua *Francorum* carmina non rideat? quis ad veterum *Saliorum* versus non exhorrescat? Ita verò se res habuit apud omnes omnino Gentes: quo quæque nata gens est sæculo, eo ipso barbarie vix ac ne vix quidem semotâ, non depositâ, canere incœpit, sed quosnam versus? quocumque tandem modo tornati essent; unde juxta eruditos omnes prosâ oratione *Poësis* prior apud Græcos, nonne orationis *solutæ* origo certa, *strictæ*, prorsus incerta, propter antiquitatem?

Jam verò apud Sinas, quî esset factum, ut, quæ *Natio* à rerum primordiis, disciplinarum fermè cunctarum ornamentis decorata, & inde apud vicinos undequaque populos omni ævo celebrata, Roscida illa divinæ artis mella, Nomadibus omnibus & Libycis & Americanis gustata ignorare potuisset? Fuêre igitur, & à temporibus quasi sempiternis fuêre *Sinis*, non ludi solùm sui, ut aliis Gentibus: verùm etiam quæ *Populo*, omnibus artibus, scientiis omnibus ornatissimo conveniebant maximè, Musica & Poëtica Musicæ filia Princeps.

1°. *Musica*, ô tu quisquis es?
Lector, vin primâ repetens ab origine pergam,
Et vacat Annales nostrorum audire laborum?

id est, aut ipsa Sinarum annosa volumina, non Vatum, sed Philosophorum, Mathematicorumque, aut nostra inde, innumerabilibus vigiliis extracta, Dictionaria Historica & Geographica?

Ante diem clauso componat vesper Olympo,

quàm omnes tibi *Reges*, omnes tantæ Monarchiæ *Imperatores* amatores Musicæ, Musicos ipsos appellem!

Sed præsto huc aderit qui pro nobis respondeat, *Cupletius*, Scientiæ Sinicæ Libro 2. pag. 83.

Usum verò Musices, uti perpetuus Chinæ fuit, sic & esse antiquissimum, vel ex eo potest intelligi, quod

fŏ 伏

hî 羲

primus Gentis Sinicæ Conditor, primus quoque fuerit Musicês Magister, & alter planè Orpheus Gentis suæ: quippe qui, rudes & agrestes homines voce fidibusque pertraxit è sylvis suis ac montibus: & suavitate cantûs illectos, paulatim ad humanitatem, ac civilem vitæ societatem perduxit, & promiscuam, vagamque libidinem conjugiorum vinculo constrinxit. Itaque Musica ipsius

fû 扶

laî 來

est

est dicta, propterea quod invitatrix fuisset hominum, ut ad eum spontè accederent, qui tam praclarè ipsis opitularetur; sed & ipsa Sinarum Lingua 320. circiter vocibus monosyllabis constans, quid aliud videri potest, quàm perpetua quadam tot accentuum in singulis vocibus harmonicâ varietate concinnata Musica? Sed & aliis populi Principibus suum singulis Musica studium, suus amor fuit: extant enim propria Musica nomina, qua ab Auctoribus suis Imperatorum celeberrimis unaquaque sortita fuit; & omnis quidem Sinensium ingeniis accommodata, lenis est ac placida, mutua pacis & concordia blanda conciliatrix, si penultimam tamen excipias, qua, ut Authorem habuit

vên	文
vâm	王

tertia familia conditorem & bellicosum, tota sui Authoris plena est, Martemque & arma spirat; sed hanc quoque ob causam pacifico Litterarum ordini, ipsique adeo Confucio, non usquequaque accepta.

2°. Ubi tanto honori fuit Musica, Poëticam ibi neglectam est suspicio? Jam tum certè elaborabantur *Oda*, primum Poëmatum genus; habetur etiam nunc

xī	*Odarum*	詩
kím	*Liber.*	經

antiquissimus & *Canonicorum* tertius, qui totus ad Xám & ad Cheù, id est, ad tertiam & quartam Familiam pertinet; ab hinc scilicet *Tragœdias*, *Comœdias*, *Tragicocomœdias* in usu apud Sinas semper fuisse, ita ut & apud Magnates privatim & publicè ad populum actæ sint, aganturque, quis est qui nesciat? Facta quoque omni ætate *Poëmata* longiora, & quod multò difficilius est, nonnulla existunt consonantiarum earumdem. Hæc autem omnia cum non nisi peculiari, & satis amplo etiam opere comprehendi à me possent, cum Syntaxis Poëseos eadem omnino sit, nec nisi *sublimiori* quodam dicendi *genere* differat *Oratio Poëtica*, cum sua etiam Poëtis Sinensibus *Fabula* reperiatur, quæ ante discenda est atque ex *Historiis* quâ veris quâ fictis extrahenda: hoc loco (nam Artes non confundendæ unquam.) ea, quæ ad Grammaticam ipsam attinent, præcepta, accuratè arbitramur explicata, cætera aliàs. Nunc ad eum, quem promisimus *Catalogum*, tempus est, transeamus.

FINIS GRAMMATICÆ.




CATALOGUS

LIBRORUM

BIBLIOTHECÆ REGIÆ

SINICORUM.



PRÆFATIO.

HIC loci, post Catalogum Regiæ Bibliothecæ jam impressum, quæstio exurget dubio procul: an non inutilis esse nunc debet, Catalogi ejusdem quasi repetitio? nequaquam, idque multis de causis.

1°. Primum quidem Bibliothecæ Regiæ Catalogus pretio carius quam ut eum possideat quivis; idcircone empturus est quisquam, ut illam Librorum Sinicorum cognitionem adipiscatur?

2°. Deinde verò, inter volumina magnitudine immensa, qualis futurus est ille Librorum tot à se invicem & Linguis & rebus toto cælo diversorum Catalogus, quomodo non delitesceret particula ejusmodi, tam neglecta hucusque, & plærisque ad characteres & Linguam Sinicam non initiatis visu ipso horrida?

3°. Postea si quoad Linguas cæteras, Hebraïcam puta, Syriacam, Arabicam, characteres à manuscriptorum notitiis abesse conquesti sunt Litterati plurimi, absit, putent unquam, aut Orientalium characteribus caruisse Galliam, aut quod in Catalogis omnino similibus, eosdem adhibuerunt Batavi, Angli, Germani, *Nostrates* id non potuisse, à quibus profecta Linguarum Orientalium prima cognitio est, quorum sunt prima Polyglotta, inter quos vixêre Stephani, Vitræusque, & alii complures. In hoc Regno non usque huc defuêre Linguarum Orientalium periti, quibus committeretur Catalogi hujus *exemplarium* correctio, absit, inquam, istud existimetur: at, si quorum operâ usus esse poterat, ii hoc tempore inutiles facti, subita hæc exceptio est, fuit tantum Catalogus: atqui ad distinguendos Codices, omnino necessarius non est character Hebraïcus, Syriacus, Arabicus, quia ex adjectis Linguarum illarum verbis, Latino licet charactere tituli uniuscujusque sensum percipere possunt eruditi, atque istud in Catalogo satis. Sed quî tandem ejusmodi querelas in Libris Sinicis retundere esset? *Absque characteribus* Tituli omnes ambigui, monosyllaba omnia & *tono* & *pronunciatione* æquivoca, characteres ipsi etiam vocibus sæpe 10, sæpe 20, sæpe 30, aut 35, aut 40, aut 50 correspondentes? ita se rem habere, nunquis est hodie, qui ignoret? Sume ergo Titulum quemlibet, nisi adjunctum *characterem* habueris, non intelliges unquam, quod è nostris Meditationibus Sinicis, è superiori Grammaticâ, ex omnibus Missionariorum Libris, satis superque manifestum.

Quamobrem, suffecerit ad indicandum Libri uniuscujusque Hebraïci, Syriaci, Chaldæi, Rabbinici, Copthici, Persici, Indici, Tartarici titulus, quamquam res aliter magnificentior: at de *Linguâ Sinicâ*, de *Librorum Sinicorum* titulis, cave in animum id induxeris tuum, propter perpetuam illam *vocum* characteribus destitutarum *ambiguitatem*: Ratio hæc nequaquam tulerit.

Quæ cum ita sint, iis, qui absente me, inscio me, hujusce mei

Librorum Sinicorum Catalogi manuſcriptum impreſſioni tradiderunt, Viris doctiſſimis ſane & mei amantiſſimis debentur, fateor, à me grates, quod mihi, uti ſciunt autumaruntque, graviſſimis ſtudiis occupatiſſimo pepercerint, atque ſummo eo, cui tamen à pueritiâ aſſuefactus ſum, foliorum emendandorum labore liberarint.

4°. Sed quod ante augurabar, & attentè admonueram, hinc effectum, ut ſchedæ omnes, ſummâ diligentiâ primùm à me conſcriptæ, malè dehinc tranſcriptæ, pejus poſt hac impreſſæ, tandem inemendatæ prodierint.

5°. Tacebo, id quod tamen capitale eſt, abbreviationis prætextu, interpolata quædam, nonnulla etiam in alienum ſenſum detorta, truncata multa, de queis unde quererer, cum bono animo ſint, ab amicis, atque ut me ſublevarent, perpetratæ; hanc nihilominus ipſam eandem ob cauſam, & quod characteribus omnino neceſſariis deſtituerentur, & quod mendæ ſubeſſent numero quàm plurimæ; edi à me denuo catalogum hunc oportere Litterati omnes cenſuerunt, atque id etiam præ cæteris magnus ac ſapientiſſimus Regni Adminiſter, bonarum artium, Avis, Ataviſque potens Protector D. DE MAUREPAS.

6°. Præterea jamjam è multis Dictionariis à me tandiu & tam impensè elaboratis imprimenda brevi ſunt, ad minimum duo: Dictionarium id, *quod per tonos* eſt *alterum*, *alterum quod per claves* ordinatur. (nam de Latino Sinico, de Gallico Sinico, de Hiſtorico, Geographico, aut Latino-Sinico, aut Gallico-Sinico, aliàs cogitabimus.)

At *ſignificationum* omnium fundus Libri: Librorum cognoſcendi *Authores*, Operum cognoſcenda *nomina*, & ad hoc omne, qui ad indigitandum Librorum numerum ſolummodo ſatis eſt, quàm inutilis charactere Europæo Catalogus! aut ipſa Sinica ſtudia nulla erunt, aut Sinicis characteribus aſſueſcendum. Jam verò non fruſtranei labores noſtri, Regis maximi mandato, juſſuque ſuſcepti. Quænam, quanta, quàm vaſta ſeſe offerunt rerum ſpatia, apud Gentem ſtudioſiſſimam Hiſtoriæ, Poeſeos, Philoſophiæ, Artiumque univerſarum amatricem, perveſtigatricemque! Sic autem tam multiplici Scriptorum Sinarum eruditione obſtupefactus, atque unà ſimul tam frequénti eorumdem characterum, earumdem phraſium uſu fretus & contentus Lector, Dictionariorum Authori laborem exemptum ſentiet earum, quas appellitant *citationum allegationum*que: ſed nihilominus ad unumquemque characterem, & in Dictionario clavium *claves*, & in Dictionario monoſyllaborum tonico *paginas*, & ſi quis in aliquo Authore *character*, ſi qua in aliquo *Scriptore* characteris alicujus *ſignificatio* peculiaris, eundem characterem aut Scriptorem, hæc verò omnia, ut nemo non annotanda perſentiſcet, ſic ſuo quodque loco ſumus, idque diligenter indicaturi.

Quapropter hæc, quam facturus ſum, Librorum Sinenſium commemoratio neceſſariò iterata, utilitatem eſt Reipublicæ Litterariæ allatura maximam.

1°. *Catalogum* Bibliothecæ Regiæ, eâ, quâ caret, accuratione donabit, hinc enim, eos qui non adjecti ſunt, *accentus* repono, idque exactè & ad amuſſim, illinc eam, quæ monoſyllaba Sinica nu-

da Latinis scripta litteris consequitur, *ambiguitatem*, additis *characteribus*, tollo omnem.

2°. Qui *Catalogus* in errores de Linguâ Sinicâ non parvos induceret, ut cum aliquo fructu legi possit, id verò efficio hodie, quod evidens.

3°. Quæ omissa sunt atque abbreviata, ea quidem à mero Catalogo abesse poterant, id concedo lubens, sed adesse etiam: *Notitiæ* longæ nimium: at quot Arabicæ longiores? Hîc verò, quomodò existimabuntur ἀπροσδιόνυσοι? & Grammaticæ Sinicæ postponuntur & præcedunt Dictionaria Sinica: illa verò *eruditio*, quæ tam latè patet, quæ tam novarum, quæ tantarum rerum parens, tempus est, tandem etiam extollat caput.

Sed perpensis attentè omnibus, illum ipsum Regiæ Bibliothecæ Catalogi ordinem, hoc non amplius servaturi sumus loco: Illîc Librorum in Bibliothecam Regiam illatorum tempora, non unam ob causam, & propter *tempora* ipsa, & propter *studiorum Sinicorum* progressum indicavimus, (aliunde in alienas manus inciderant schedæ nostræ, & cùm separatæ, separabilesque essent, quin juxta materiarum ordinem sejungerentur, impedimento fuimus nulli.) Hîc secundùm rerum seriem, famæ securi, & explicatis explicandis, eundem libentissimè disponemus.

Atque ut prioris illinc *per tempora dispositionis* rationem teneas, hoc tibi sciendum arbitramur, quamquam jam inde à sæculis duobus in Sinam commigrassent Missionarii quamplurimi, nondum tamen in Europam, saltem ad Bibliothecam Regiam allatum ullum Authorum Sinensium opus fuisse.

Ante annum 1647. Libros Sinicos habebat Bibliotheca Regia tantummodo quatuor, eosque *Mazarinæos*.

Anno 1697. Maii 27. & Jun. 2. alios numero 49. intulit *Bouvetus*, cum è Sinâ reverteretur.

Anno 1720. mense Octobri, ad Regem Lud. XIV. attulit R. P. *Fontenayus* volumina magna *duodecim*, Sinicè & Tartaricè scripta, aut potius Tartarica solummodo, Sinicis perpaucis, ad indicandos Librorum conversorum titulos intermixtis.

Ex variis *Cupletii* Societatis Jesu Socii, *Pici* doctissimi viri in Collegio Mazarinæo Bibliothecarii, illustrissimi Germanorum in Litteraturâ Herois *Leibnitii* aliorumque Epistolis, vulgatum est, allatos à *Cupletio* è Sinâ, & in Bibliothecam Regiam illatos Libros complures, sive Sinicos, sive Tartaricos, sed hallucinati Scriptores illi cuncti; & fallitur etiam Præfationis in *Ægidii Menagii* Etymologias Gallicas Author, dum à Cupletio Dictionarium Latino-Sinicum in Bibliothecâ Regiâ relictum refert: Dictionarium quidem Sinico-Latinum, cum è Sinâ in Galliam rediret secum attulisse *Cupletium*, qui mos est Missionariorum, res omnino verisimilis. Sed quid accidit? edito Parisiis Confucio, id est, Libris Confucii tribus, Ta hio, Chum yum & Lun yu Latinè tantummodo, Sinicos etiam, quos adjungi volebat, characteres imprimi in Galliâ non posse animadvertit: in Belgium proinde, Germaniamque profectus est, & illud ipsum Dictionarium, aliosque Libros, quos alioqui Bibliothecæ Regiæ sese consecraturos non semel promiserat, abstulit secum, & illîc in aliquo Societatis suæ cænobio

reliquit; quâ de re Lectores, necesse erat, monerentur: ne tantis Authoribus decepti, errasse nos in Bibliothecæ Regiæ Catalogo opinentur.

His ergo ita præmissis, Articulos præcedentis Catalogi, quorum omissa *divisio* est, ita eramus dispertiti, ut essent numero sex, & indicaremus.

1°. Quosnam ad annum 1711. primitus habuerit, sive ex Mazarinæâ, sive à *Bouveto*, *Fontenayo* ejusque Sociis allatos.

2°. Quosnam ab illustrissimo viro *Paulo Bignonio*, etiam antequam Regiæ Bibliothecæ præficeretur, anno 1716. usui nostro consecratos, & postea in Regiis numeratos, acceperit.

3°. Quosnam anno 1720. agente me *Stephano Fourmontio*, Regio Arabicæ Linguæ Professore, Academico & Bibliothecæ Regiæ Interprete, è Bibliothecâ suâ ad Bibliothecam Regiam coornandam, Regi, promptissimis omnes animis, nunquam satis laudandi dederint *Externarum Missionum Presbyteri.*

4°. Quosnam novo Catalogo ad Sinas, Regis jussu, & ejusdem summi viri Pauli *Bignonii* curâ, per eundem me *Fourmontium* missso, conquisierit anno 1722. & anno 1723. advexerit tunc Societatis Jesu Sacerdos ac Missionarius, nunc Claudiopoleωs Episcopus ill. D. *Fouquet.*

5°. Quosnam *Premarus* acceptis anno 1727. ab ill. D. *Bignonio* & eodem *Fourmontio* Litteris, Regis jussu emerit, atque ad Bibliothecam Regiam destinarit.

6°. Quosnam demum annis sequentibus 1730. 1731. 1732. è suis ipsius Libris, *dono* ad Ill. D. *Bignonium*, & ad eundem me *Fourmontium* miserit? hoc ultimum, ex variis ejusdem *Premari* Epistolis constat, in primo Catalogo omissis, at hîc, nón unam ob causam insertis, patebit evidenter.

Nunc neglecto illo *temporum*, queis Libri *advenerunt*, ordine, ita juxta materiam unamquamque disponemus:

Ut *Primo*, Grammatici, id est, Dictionaristæ præcedant (quia ab iis incipienda rerum Sinicarum studia) ac Philologici.

Secundo, sequantur Geographici.

Tertio, Historici & Annales illi famosi.

Quarto, appareant Libri Classici & Canonici.

Quinto, exserantur Libri Morales, de Jure, Officiisque.

Sexto, Theologici, Sectarum variarum, ac præcipue à Christianis compositi.

Septimo, postea accedant Libri Philosophici.

Octavo, Medici.

Nono, Mathematici.

Decimo, Artium cæterarum.



CATALOGUS



CATALOGUS LIBRORUM BIBLIOTHECÆ REGIÆ SINICORUM.

GRAMMATICI. I.

Cat. Bibl. Reg. n. 48. *p.* 378.

çú 字

lúy, 彙

id eſt, *collectio characterum.*

Dictionarium eſt characterum Sinicorum non omnino omnium, ſed plærorumque, & eorum qui in uſu apud Sinas frequentiſſimo. Authori nomen erat

mûy 梅

ŷn, 誕

& impreſſum eſt Imperante Kām hī.

Diſpoſitio hujus Dictionarii ea eſt de quâ jam in *Meditationibus Sinicis* pag. 123. Primo tomo adſunt 1°. *Præfationes* tres, in queis multa de characterum naturâ, item de antiquis Litteratis, & præterea, id maximè inculcat, quanti fieri debeat characterum ſcientia, id quod in primâ *Præfatione* præſertim reperies. In ſecundâ, de variis characterum accidentibus differit Author, ac primùm quidem, de *Pronuntiatione*, tum de ipſo characteris uniuſcujuſque corpore, item de diverſis characterum generibus, alii enim *vulgares*, qui in curſivâ ſcripturâ, alii in Libris præcipuè adhibendi, alii itidem hoc vel illo modo exarari poſſunt, alii ab antiquis Scriptoribus uſurpati, neque amplius niſi inter Litteratos noti, quæ omnia niſi diſtincta à te fuerint, Libros ſæpe non intelliges.

2°. Sequitur Dictionarii totius diviſio.

3°. Tum apparent claves 214. & ſi qua eſt, quæ duplici charactere ſcribatur, id quoque admonetur Lector.

4°. Poſtea, quod apud Sinas magni fit, *clavium ſcribendarum* habes methodum, à quo ſcilicet lineamento inci-

pias, quodnam *secundo*, quodnam *tertio*, & sic deinceps scribendum tibi, quæ nisi accuratè noveris, characteres à te nunquam rectè scribentur, nunquam facilè in Dictionario reperientur. Itaque illic, characterum quamplurium afferuntur tibi exempla, & *lineæ* illæ omnes separatim adducuntur, quâ ex methodo, ea deinde oritur facilitas, ut characteres omnino omnes postea statim dissecare possis, & ad prima sua lineamenta revocare, quod ad evolvenda omnia Dictionaria, ea præsertim, quæ clavium ordinem sequuntur, maximè necessarium.

5°. Venit characterum quorumdam *vulgariter* scriptorum, aut scribi in quibusdam Libris solitorum Catalogus, quomodo enim apud nos verba quædam sunt usus *popularis*, v. g. comici, quæ in stylo sublimiori toleranda non sunt, item quomodo quædam *antiquata* censentur, neque à nobis nunc nisi in Poësi eâque familiari usurpantur, à Tragædiâ autem aut Oratione Rhetoricâ omnino exulant, ita apud Sinas characteres non promiscuè adhibentur.

6°. Succedit characterum omninò *abrogatorum* Catalogus, quos iis, in quibus reperiuntur Libris, relinquunt; eos nimirum explicant in Commentariis sicubi occurrant, sed in suâ ipsi oratione, hac tempestate non admittunt.

7°. Eâ in re, ne peccet Lector, aut Sinicæ Linguæ Studiosus, additur enumeratio quædam characterum apud antiquos simul & recentiores *communium*, subjunctâ nihilominus eâ, quæ in usu nunc est, figurâ.

8°. In hoc nostro Dictionario, quæ pars in aliis, post clavium 214. figuras statim apponitur, scilicet de hâc vel illâ figurâ clavium duplici aut triplici; ea pars, inquam, hîc apparet, quodammodo à Clavibus remotior; sed neque id importunè tamen, propter eum qui sequitur Articulum.

9°. Nam vides ordine, & sub suâ quemque clavi characteres eos, qui propter earum, è quibus compositi sunt, *clavium multiplicitatem*, in hâc vel illâ clavi quæri possent, & tamen in Dictionario ad hanc vel illam clavem, non ad aliam referuntur: res autem hæc, quam necessaria, in Dictionariis ejusmodi amplissimis? nam nisi veram characteris quærendi *clavem* reverà teneas, dies in quærendo charactere consumeres sæpe non paucos; quapropter cognoscendæ tibi sunt eæ, ad quas rectà ire possis.

Atque hæc tibi offert tomus Dictionarii hujus primus.

Tomo secundo sunt,

1°. Præfatio nova, in quâ de reperiendorum *sonorum*, *tonorum*que arte illâ ipsâ admirabili, quæ tibi à me primò est in *Meditationibus Sinicis* exposita à capite 11. pag. 52. & alibi.

2° Characteres *Vocalium*, id est, characteres ii, queis *Vocales* apud Sinarum Magistros ex condicto solent repræsentari: scilicet Linguam nullam absque *vocalibus*, absque *consonarum* mentione cognosci atque addisci posse, quidquid animo tibi finxeris, intelligis extemplo. Itaque habent Sinæ, quomodo Gentes aliæ omnes, & *Vocales* & *Consonas*; sed hæc inter cæteras Nationes ac Sinas differentia est, quod præter suos, eosque cunctos *repræsentativos* characteres, in Linguâ suâ agnoscant nihil: si *a*, si *e*, si *i*, si *o*, si *u*, quæras, littera hujusmodi nulla prorsus: si *p*, si *v*, si *f*, si *m*, &c. in omni omnino Litteraturâ Sinicâ, nullam ejusmodi consonam reverà invenies; sed interim loquuntur, docent, discunt, labia habent, dentes, palatum, guttur habent, queis loquantur: loqui nequeunt, quin easdem aut *vocales* aut *consonas* efferant, & quod amplius est, in Gente doctâ & docendi cupidâ, nihil docere, hominem nullum erudire possunt, quin de iisdem *vocalibus*, iisdem *consonis* disserant. Nec regerendum, at non habent ullas: falsum est, inquam, & habeant necesse est, quod ni *veras*, certè *fictitias* ac *suppositias* habebunt. Quam id igitur mirum esse debet in Grammaticâ *Premari*, amici mei, viri profectò doctissimi totâ; in Grammaticâ R. P. *Varonis*, in iis quas adhuc vidi omnibus, *Vocalium* & *Consonarum* Sinicarum mentionem fieri nullam, quasi à Sinis, Gente omninò ingeniosâ; & Linguæ suæ, saltem inter suos propagandæ curiosissimâ, nihil in hujusmodi rebus inventum unquam quidquam esset?

Quàm absurdum, eam ipsam rem à quibusdam *Missionariis* supponi, qui à Sinâ ad nos advecti, non ita pridem, id absque ullo rubore audacter asseverabant! Videlicet Scholas ipsas Sinarum non adierant, in quibus quod mihi de iisdem *Vocalibus* aut *Consonis* loquenti statim confessus est Illustrissimus D. D. *de Montigni*, earum rerum Doctrinâ in Sinarum Collegiis esse frequentius nihil, quod cùr à *Missionariis* huc usque neglectum esset, nunquam animo conce-

piſſe ſe, cum *Uſum* tantummodo Linguæ Sinicæ, id eſt, characterum, ſibi aſſumerent Miſſionarii, ſcientiam Sinis omnino reliquerint, è quâ tamen profectus multò major, faciliorque.

Sed redeamus, non ſolum & *vocales* & *conſonas* cognoſcunt, habentque Doctores Sinæ, ex *ſuppoſitione* tamen, & quales character hieroglyphicus poteſt, ſed etiam Dictionarium ferè nullum eſt, in quo non fiat 1°. *vocalium* & *conſonarum* illarum enumeratio. 2°. Diſtinctio earumdem per *organa*, precisè atque eodem prorſus modo, quomodo ab *Hebræis*, à *Chaldæis*, ab *Arabibus* facta eſt, quod à me cum in *Meditationibus Sinicis pag.* 55. annotatum ſit, ſuperſedendum hîc mihi; ſed neque id taceri omnino decuit, cum Múy ýn, ſeu hujus Dictionarii Author, & alii tot, doctrinam hanc perpetuò & voluminibus id integris, inculcent.

Hîc nimirum poſtquam tomo hoc ſecundo, mentionem tantum de *conſonarum ſonis*, per Præfationem injeciſſet, datis poſtea characteribus *vocalium*, id eſt; unicuique *vocali* inſervientibus, reſumit *pag.* 4. & ſequentibus, idque omne juxta *conſonarum* ordinem, quidquid characterum ad hanc vel illam *vocalem* pertinet. Sic cum prima *conſona* ſit *k*, ſtatim ſubeſt ſeries vocum per *k*, ſed additâ primâ *vocali um*, unde fit *kum*, & quia ſecunda *conſona* ſit *t*, ſubeſt ſeries vocum per *t*, & additâ eâdem primâ *vocali*, unde fit *tum*, &c. quod uſque ad paginam 39. exequitur, Tabulis ubique ad ſeriem *vocalium* ſuarum conformatis; dicò *ſuarum*; nam cum *characteres*, ut annotavimus, huic vel illi Vocali efficiendæ idonei, merè ſuppoſititii ſint, ideoque alii ab aliis Grammaticis aſſumi queant: Múy ýn, neque eaſdem omnino quas alii *conſonas*, neque eaſdem fere ubique *vocales* adhibet; ſed quid refert, ut dixi, ſi potentiâ & uſu eaſdem? Si eaſdem, propter unam eandemque Grammaticorum Sinarum de utriſque doctrinam? Cauſa autem cur multiplicentur & *conſonæ* & *vocales*, non alia eſt, quam *variarum ſerierum* inſtruendarum, propter tantam characterum multitudinem, neceſſitas.

4°. Denique, cum per illos *Indices*, characterum nonnullorum emicet ſimilitudo, additur ab Authore Catalogus quidam *characterum non eorumdem, ſed ferè ſimilium*; & cum id non ſolùm ad *duos*, ſed etiam ad *tres*, ad *quatuor*, ad *ſex* characteres ſpectare poſſit, adducuntur multorum inter ſe *ſimilium* exempla; præterea illic etiam characteres quidam inter ſe, qui ſenſim ac ſine ſenſu *ex unâ figura in aliam*, *ex unâ ſignificatione in aliam* commutati.

Jam tertio tomo & cæteris uſque ad decimum-quartum *characteres* omnes, ſed ſub *clavi* unuſquiſque ſuâ, comparent unâ cum çiĕ, id eſt, characteribus duobus, quorum hic uſus eſt, ut *è priori conſonam*, *vocalem è poſteriori* elicias, quæ pronunciatio deinde alio itidem ejuſdem pronunciationis totalis, uno tantum charactere exponitur: idem denique character explicandus in hoc Dictionario toto, & *majori* ſemper *ſcripturâ* exaratus eſt, & additâ *unâ & aliâ ſignificatione*, eâque principali & notiſſimâ declaratur; remotis interim ſignificationibus aliis multis aut ſecundariis, aut metaphoricis, quas vel in Chím çú tūm, vel in magno Dictionario Çú goéi reperire eſt, ut poſtea videbis. Cæterum id etiam addendum ſuper, eos, qui à nobis primò ſculpti ſunt, characteres, ex hoc Dictionario ſculpi incepiſſe, & Dictionario per *claves* edendo inſervituros.

Eſt itaque voluminum quatuor-decim.

I I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 52. *pag.* 399.

çú

luý *vel* guéi.

aut amplius,

yvên 懸

kīn 金

çú 字

luý *vel* guéi. 彙

Id eſt, *Dictionarium vocatum* çú luý,

vel çü guéi, *tom.* 14. *ab* yuên kīn *editum*. Idem propriè Dictionarium est, de quo in Catalogo Bibliothecæ Regiæ ad Cod. Regios n. 48. Sed editio alia, voluminum itidem 14. & multo majori & nitidiori charactere; idque ita, ut primi etiam duo, non nisi præparatorii sint, & & in rebus ad Grammaticam pertinentibus toti. Novam inde *notitiam* necessariam non putares, at omnesne Editionem utramque possidebunt? Sed ne tibi tædio sit, *Annotationibus* etiam novis cumulatum dabo. Itaque præmissis eodem modo *Præfationibus*, ubi de generali characterum cognitione, de *xin* seu *tonis*, de characterum investigatione: transitur ad *claves*: *clavium* duplici aut triplici charactere præditarum characteres, vel *duplices* vel *triplices*, principali characteri supponuntur, & notantur accuratè omnes Dictionarii postea secuturi *Sectiones*: quod fit, ut Sinæ solent, per *Cycli* characteres.

Jam quod repeti sæpius debet, venit earumdem *clavium* scribendarum modus: dispescit Author *clavis*. uniuscujusque partes, & postea easdem denuo jungit; ab eâ incipit quæ prior scribenda, ab ea pergit quæ deinde scribenda: Si quis ergo tractatulum hunc rectè calluerit, rectè etiam primò *claves* omnes scribet. Postea characteres Sinici omnes nonnisi *clavium repetitio*: ita clavibus semel rectè scriptis, & per suas omnes partes dissectis, omnem etiam compositionem non solùm earumdem clavium, sed cunctorum characterum percalleamus, necesse est. Hæc Dictionarii pars vocatur

yún 運

piē, 筆

movere penicillum, seu *penicilli motio*, quomodo movendus sit penicillus ad hunc vel illum characterem scribendum. Sic enim discitur 1°. quomodo *clavium pars* unaquæque, 2°. quomodo *clavium jam conjunctarum* partes in unoquoque charactere scribantur; unde exurgit numerus partium in dissectione cognoscendarum, quâ sine frustrà esses. Alius qui sequitur Tractatus, inscribitur

çûm 從

kú, 古

quasi diceres, *characterum originatio*, seu *characterum vulgarium ad suam originem reductio*: positi hîc characteres duo, *prior* characterem exhibet, qualis in Libris rectè exaratis scribi solet ac debet, *alter* seu *posterior* eo modo depingitur quomodo antea negligentius scriptus est, & *scriptura* hæc habetur nunc *vulgatior*, neque in Libris accuratius impressis reperitur; est igitur scriptura non obsoleta prorsus, non antiquata, sed *neglectior*.

Sed ut dignosci queant qui revera antiquati, additur tractatus alius, inscriptus,

çūn 遵

xī, 時

id est, *blandiendi tempus*, seu characteres ii, qui apud antiquos Sinas, in scripturâ faciliori & neglectâ usitati fuere, & in usu non sunt amplius, sed tamen quorum usus ad ostentationem condonatur.

Subjungitur alius tractatus, seu potius Catalogus, kú kīn tūm yúm, id est, eorum characterum, quorum *usus*, licèt *abrogatorum*, permansit, sed ita ut, in alios tamen scriptu faciliores postea inventos mutati sint. Ad unumquemque igitur characterem *antiquum* additur kú *antiquitus*, ad *recentiorem* additur kīn, *nunc* sive *hoc tempore*: & inspecto utroque charactere quid concluditur? priorem ideo *neglectum* quod scriptio ejus longior ac difficilior, posteriorem *ascitum*, quia penicillo alacriori opus fuit.

Sed neque hæc satis, Index habetur novus, illarum, de quibus jam egimus, *clavium* duplicium ac triplicium, & dicitur

kién çū,

kiĕn 檢

çŭ 字

characteres truncati, his verbis intelliguntur *figuræ clavium* duplices vel triplices : ratio, in compositione crescunt interdum characteres, tunc figura clavis vera & simplex, fieret crassior, largiorque, in ejusdem ergo clavis integræ locum, ad compositionis facilitatem abbreviantur truncatione, in alias mutantur clavis primariæ lineamenta : at omnibusne accidit? nequaquam : sed iis tantum, quas in *Meditationibus* nostris *Sinicis* multiplici figurâ donatas vides, scilicet 9. 18. 26. 43. 47. 58. 60. 64. 65. 71. 78. 85. 86. 93. 94. 95. 122. 130. 140. 146. 162. 163. 168. 170.

Denique in eodem Dictionarii volumine apparent characteres ii & magno numero; quid enim fiet, nempe, si clavis ambigua, si inventu per se difficilis? hoc loco, quod in ejusmodi per claves Dictionariis momenti est maximi, scito per totum quidem Dictionarium ex numero *linearum* quæri debere characteres, sed in Dictionario ipso inter eas *lineas* non numerari *clavem*, seu clavis ipsius *lineas*, at in hoc tractatu, seu Catalogo characterum præliminari, numerandas esse *lineas omnes*, id est, tum lineas clavium, tum cæteras; causa autem perspicua: in Dictionario ipso statim eminet *clavis*, *clavi* inventâ, seu charactere per clavem invento, nihil quærendum est tibi, character ipse propterea ex *numero linearum* discernendus, remotâ *clavi* : in hoc autem Catalogo, quinam habentur characteres, nisi characteres, quos ob earum ex quibus componuntur *clavium multiplicitatem*, ac proinde *ambiguitatem*, quo in loco Dictionarii existant, nescis? Inde igitur factum, ut in hunc Catalogum conferrentur characteres, inventu non faciles, & quorum causâ Lector hærere cogitur. Inter legendum, hunc vel illum characterem invenisti, propter multas è quibus componitur claves, ad quamnam referendus sit, ignoras, ad hunc ipsum indicem recurrendum tibi. Quid tum? numerandæ characteris *lineæ cunctæ*, adeundum ad characteres linearum totidem; inter eos, si reipsa difficilis, eum illic reperies dubio procul.

Jam verò eæ à te non rectè numerabuntur, nisi tractatum de *lineis claves* componentibus attentè legeris; si res à te omissa fuerit, in ambages te est & difficultates æternas projectura; atque hinc est, quod è Missionariis, si qui Dictionariis assueti brevioribus, & doctrinâ Sinarum Grammaticâ destituti, labores tot vulgò experiantur : quod si hoc dicendum de quibusdam post annos triginta illic exactos in Europam reversis, de iis, qui illuc pertransierunt tantummodo, idque cursim, quid putas, nisi eos esse omnino ἀμεθοδεύτους? quin, *Premarus* ipse amicus meus, hæc, quæ commemoro, omnia, aut usu characterum vulgarium contentus, aut malâ Missionariorum prædecessorum consuetudine abreptus omiserat. Cur? non nisi Dictionaria ab Europæis collecta, & juxta ordinem Alphabethi, ac proinde malè digesta, consulere assueverat. Atque hæc sunt in primo hujus Dictionarii volumine.

In *secundo* alia multa, quæ hactenus Europæis ignota : scilicet traditur illic *vocalium* ac *consonarum* Sinicarum, id est, characterum, ad hoc *suppositorum*, atque inservientium, atque ideo in Scholis Sinicis usitatissimorum cognitio.

1°. Præfatio *eam in rem* non longa, sed luculenta, in quâ de *consonis* 36. postea de *vocalium* naturâ agitur; illic etiam, quod res ferebat ac volebat, de cië, hoc est, *vocalis* ac *consonæ* distinctione ac separatione Author disserit.

Tum sese offerunt *vocales*, hoc est, characteres vocalibus indicandis destinati : Relege *Meditationes Sinicas*.

Postquam eas omnes enumeravit, usum earum commonstrat, adductis per totum ferè volumen, idque summo ordine, characteribus ex earumdem *vocalium* pronuntiatione legendis. Alium quoque *Tractatum* aggreditur, de *consonarum* pronuntiatione, & quod mirum, iisdem, juxta organa, cæterorum Orientalium more, dispositis, *characteres* subdit innumerabiles, inde iterum cognoscendos.

Et ne qua oriatur characterum confusio, Tractatui illi Grammatico toti ac quasi coronidem, imponit *Indicem* quendam longissimum *characterum* Linguæ Sinicæ *similium*, ac distinguendo-

rum tamen, in quo Indice toto, cum characteres sint duo, & ad comparationem instituendam *lineæ* supponantur *duæ*; prior ad *priorem* characterem, posterior ad *posteriorem* exponendum, à te referatur necesse est.

III.

Cat. Bibliot. Reg. n. 52. *p.* 380.

çú 字

luý 彙

pù, 補

hoc est, *supplementum ad* çú luý: cum characterum Sinicorum numerus infinitus prope sit, mirum esse debet nemini, quod edita *supplementa* fuerint, præsertim Dictionarii çú luý, *alias* çú goéi, in quo characteres quosdam deesse suprà significavimus.

Scriptores sunt innumerabiles, neque ab Authoribus Dictionariorum, quantâcumque fuerint diligentiâ, consuli omnes omnino possunt. Id quoque à nobis animadversum, *novos* subinde inventos esse characteres, quos, si juxta lŏ xû, seu *regulas condendorum characterum* ab Antiquis traditas, formatos Sinæ cæteri viderint, adoptant statim: eodem ferè modo, quo apud nos, si qua vox nova, & hactenus inaudita, in usum nihilominus transeat frequentem satis, illico à nobis accipitur, & in Dictionaria nostra introducitur. Quot in omnibus aut Dictionariis aut vocabulariis sunt ejusmodi, non solùm, quæ à Doctis, sed etiam, quæ ab infimâ Plebe nuper usurpata, inter Academicos invitos licet, tandem *vulgares* fiunt, & sæpe in orationes etiam à populi intellectu remotas, sensim ac sine sensu admittuntur?

Idem ergo fit apud Sinas, unde postea hæc *supplementa*.

Reperiuntur hîc tria, *primùm* quidem *characteres*, quidam jam diu *noti*, sed quibus accessit *nova* & antea incognita *significatio*. 2°. Deinde *characteres* aut in aliquo Libro, unde nondum eruti fuerant, *reperti*, aut *nuper* ab aliquo Scriptore *efformati*. 3°. Aliud quoque est, idque non rarum, si quis character, antea hujus vel illius *toni*, deinceps, quæ Linguarum aliarum omnium indoles aboleri nunquam potuit, *alio* quam antea *tono* pronunciari cæperit.

Id verò, sic discernetur: in aliis, quæ *clavium* ordinem sequuntur, Dictionariis, ea est pronuntiationis inveniendæ ratio, si additis infra duobus characteribus per çiĕ, id est, per *dissectionem*, *ex altera consonam*, *ex altero vocalem* desumas; item post aliam dictionem, sequitur adhuc alius character, isque satis notus, cui inest, ea, quam in charactere explicando quæris, pronuntiatio; hoc eodem modo, in *supplemento* adsunt, vel character

yéu *amplius*, 又

quod de *novâ* significatione additur, vel characteres illi quatuor, aut potius quinque, quorum in primo habes *consonam*, in secundo *vocalem*, in tertio

çiĕ, 切

id est, *dissectionis indicium*, in quarto

ŷn, 音

id est, *sonum*, quasi dicas, *sonat ergo* per çiĕ seu dissectionem, &c. 5°. denique characterem ejusdem *pronunciationis*. Omnia hæc etiam exemplo & appositis characteribus in *Meditationibus Sinicis*, pag. 126. confirmatum invenies, ubi de hoc præcisè *supplemento*: collectum verò est à Doctore

gû 吳

gîn 任

chîn, 臣

idque kām hī Imperante 1. volum. 12.

I V.

Cat. Biblioth. Reg. n. 52. *pag.* 399.

Liber inscriptus

çú 字

luý 彙

pù, 補

Supplementum ad Dictionarium çú luý, Dictionarium est idem, atque ad ea supplenda, quæ in çú luý desunt, hoc *notitiæ* præcedenti additamentum accipe. *Præfatio* duplex, *prior* ad τὸ çú luý commendationem, in quâ dicit Author additos à se 4595 *characteres*; *posterior* de characteribus generalius, in quâ de Historicis xĕ sān kím vocatis, de veris kím, de lŏ xû, de characterum xîm & çiĕ, de characterum dissectione ac lectione, fusè agit.

Postea ostendunt se *claves* omnes unà cum *duplicibus* ac *triplicibus figuris*, quotquot habent; tum subjicitur numerus eorum, qui unicuique clavi *additi* sunt, aut in unaquaque clavi *denuò expositi* sunt, characterum.

Tum incipit Liber, & ad unamquamque clavem fiunt duo, 1°. supplentur characteres *novi*, 2°. *ad characteres* in çú luý expositos, adduntur *significationes novæ*. Editus est anno kām hī quinto, vol. 5.

V.

Cat. Bibliot. Reg. n. 49. *pag.* 379.

chím 正

çú 字

tūm, 通

id est, *recta penetratio*, seu *cognitio characterum*. Dictionarium hoc illud est, de quo in *Meditationibus*, *pag.* item 123. hujus expositio, ut dixi, amplissima, Authore méu kivēn hû *vel* hô. Inter eos, qui apud Regem erant primitus, Libros, erat imperfectus, tomorum est vulgò 36. aut etiam 40. si aliter compingatur, nec nisi 20. allati fuerant; sed postea ex *Missionariorum Extraneorum* Bibliothecâ, in Bibliothecam Regiam illatum est exemplar integrum. ex eo igitur notitia.

Dictionarii hujus apud Sinas vulgatissimi editiones multæ, & in plærisque hæc videbis.

1°. Tomo primo sunt *Præfationes* quàmplurimæ, in quibus & de characterum origine ác propagatione, & de lŏ xû, seu *characterum efformandorum modis sex*, apud antiquos memoratis, & de animosâ quâdam ab Imperatore hûm vû susceptâ, & morum, & Litteratorum, Litterarumque correctione ac reformatione, & de antiquis & novis characteribus, eorumque alteratione agunt Authores, imo de çiĕ, de ŷn, de yún, de xím, aliisque *vocabulis* ad Grammaticam pertinentibus, quæ in *Meditationibus Sinicis* legere potes; item de *characteribus*, sive *sublimioris*, sive *infimi styli*, aliisque ejusmodi rebus, quæ res ad Litteraturam & characterum cognitionem faciunt omnes.

Postea sequitur in *unâ* ex ultimis editionibus *Alphabethum quoddam Tartaricum*, ad quasdam voces Sinicas accomodatum, ut inde Gentis utriusque, & Tartaræ, & Sinicæ, in iisdem nunc

tectis ab annis amplius centum degentium, *soni* ac *pronuntiatio* extent quodammodo atque elucescant; in *aliâ* prima characterum *lineamenta*, unde quis incipere debeat, in quo lineamento desinere, seu, quod idem, *clavium scribendarum methodus*.

Tum verò (quæ res mihi mira) adducuntur *Authores Grammatici*, ii, è quibus *notas* in Dictionarium suum transtulit Author, quique unicè de *Linguâ* & *rebus* ad Linguæ Grammaticam attinentibus tractarunt. Sed enim è *titulis* id constat, & apprimè considerandum nobis est. In aliis enim de xím, seu *tonis*, in aliis de çiĕ, seu *characteris* ad rectam pronuntiationem *dissectione*, in aliis de ŷn, seu *sono* & *vocali*, in aliis de yún, seu *consonantiarum* expressione, in aliis de *stylo leviori*, seu siaó xuĕ, in aliis de *stylo magnifico*, in aliis de *antiquorum*, in aliis de *recentiorum quoad pronuntiationem differentiâ*, in aliis de hujus aut illius *Provinciæ accentu*: uno verbo, numerantur illîc Tractatus de Grammaticâ 138. à diversis Authoribus elaborati; (malè 188. impressum in *Meditationibus Sinicis pag.* 128. 3. in 8. commutato.) quæ cuncta repeto hîc, & ideo affero: hinc, ut Gentem Sinicam Linguæ suæ & Characterum suorum cultricem esse, in eamque expoliendam, amplificandamque summopere incubuisse discas, illinc, ut infelicitatem nostram deplorem, quorum ad manus opera ejusmodi de tam antiquâ Linguâ & characteribus tam eximiis, nunquam ullius Missionarii diligentiâ pervenerunt; imo in Sinâ ipsâ, id mihi totum neglexisse videntur Authores nostri. Nam si *Premari* amici mei, harum Litterarum curiosissimi, Grammaticam totam perlegeris, *Eloquentiæ* quidem Sinicæ, ejus præsertim, quæ in antiquis Libris elucet, magnæ, ut vult, & reverà admirandæ, meminit non semel, sed *Grammatici* tantum *unius*, ejusque fortuitò inventi mentionem facit, imo Litteris à me datis, *visos à se nullos*, Linguam Sinicam a plærisque usu tantummodo disci, asseverat, quod quomodo interpretarer, fateor mi Lector, nescisse me diu, eâque in re contra id quod videbam, ab optimo tamen doctissimoque viro prolatâ, tortum me nonnihil, ita ut cum senex esset, atque in exilio, pietatis ac Religionis causâ, jam dudum tolerato, Libris forsan careret, hæc in verba prolabi potuisse existimarem: aut id demum factum, quod, quæ in Dictionariis suis enunciata tam clarè erant, ea non animadvertisset (neque enim id apud Missionarios rarum) quia Dictionaria ab antiquis Missionariis è Sinico versa legunt, Sinica ipsa non attingunt plærumque: res enimverò per se non patet? Dictionaria ac Grammaticas Missionariorum, vidimus, & videre apud nos est, ea ibi omnia prætermittuntur; itidem, cum inter eos, qui ad nos annis superioribus è Sinâ redierunt, licèt ab annis viginti aut triginta apud Sinas permansissent, reperti sint, qui Linguæ oris, seu loquelæ Mandarinicæ assuefacti, & in eâ etiam exercitati, eadem hæc Dictionariorum Sinicorum à Sinis publicatorum præcepta omnino ignorarent: quid dicendum est amplius? aut quid cogitandum tibi? Huic illi Authorum Catalogo succedunt Claves 214. & quæ ad *Clavium duplicium* ac *triplicium* figuram pertinent, ea in ipso textu inserta invenies.

2°. Nunc Tomo secundo eadem habes, quæ in çû luý *aut* çû goéi, nimirum quos *charactéres antiquaverit* apud Sinas *usus*, quos retinuerit. Item *Tractatum*, *juxta Clavium seriem*, valde longum, de *characterum* ad suas claves reducendorum *ambiguitate*. Item quomodo inter se distingui possint, qui *figurâ similes*.

Tandem post Tomos illos duos veniunt *Characteres* ipsi omnes, *juxta* earumdem *clavium* 214. *ordinem*, iique amplissimâ *significationum* serie conferti.

Sed quod hîc animadvertendum maximè, adest etiam in chím çû tũm, quod in cæteris plærisque Dictionariis non invenires, *veterum* scilicet, & eorum qui in *titulis* tantum comparent *Characterum* delineatio, quos non raro è xuĕ vên, de quo infra, aliquando etiam ex se, ac cogitatis suis exponit Author. Liber est, ut dixi, volum. 36.

VI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 51. *pag.* 380.

haì 海

piēn chaô çũm,

piēn 篇

chaô 朝

çūm, 宗

id eſt, *origo Aulæ*, ſeu *Regia laterum maris*; quod ſi châo ſine clavi lectum, per clavem *aquæ* legeretur, vertendum eſſet *origo æſtûs variorum maris laterum*, ſeu potius *maris latera & origo æſtûs*, quod fortè Author in mente habuit: comparatur ſcilicet characterum Sinicæ Linguæ cognitio, lata & omnimoda, qualis in hoc Dictionario traditur, immenſitati marium omnium toti, quæ & piſces omnes, & quidquid injectum fuerit, non ſolum continet, ſed abſorbet.

Scilicet habentur hîc & *verba* & *nomina* omnium omnino *Scientiarum*, *Artium*, *hominum illuſtrium*, *plantarum*, *animalium*, *locorum*, *mineralium*, &c. idque juxta rei uniuſcujuſque ordinem. Author dicitur chîm gîn, aliàs chîm gîn sǐ, qui cum eſſet inter Doctores vir magni nominis & propter ſummam eruditionem, Sinis omnibus venerandus: præterea apud Imperatores Familiæ tá mîn, non ſolum in honore eſſet, verum etiam conſtitutus ab Imperatore Hiſtoricus Regius; per omnem vitam, quidquid longiſſimis & aſſiduis ſtudiis undique colligere potuerat, quod ad Linguæ Sinicæ, & abundantiam & elegantiam conferret, ſub finem vitæ in hoc Dictionarium tandem contribuit, atque hâc in re, eos, qui præceſſerant, omnes ſuperavit.

In Meditationibus Sinicis pag. 124. & 125. eam dedi hujus Dictionarii notitiam, quæ eſſet ſatis, ſed neque ea quæ illic habes omnino repetenda hic duco, nec nova quædam omittenda, quæ reſcias, utile eſt.

Dictionarium haì piēn à Miſſionariis in Sinâ viſum, nec ſemel, quis dubitet? at tradita de eo pauciſſima, & à *Semedone*, non niſi nominatum eſt, *Mullero*, ut dixi, cæteriſque forte nec inſpectum quidem.

Opus eſt eo majus atque in quinque ejus voluminibus eò vaſtius, quod impreſſio compactior ſit, & lineæ confertiores, item quod characterum potius *Index* & *Catalogus*, quàm *expoſitio* haberi debeat.

In Præfatione de ú kím, & antiquis Libris Claſſicis agitur, quæ prima Dictionarii materia, tum de aliis operibus, è quibus *characteres* deſumptos oportuit.

Poſtea ad Húm vù, ejuſque in Libris undique colligendis, & *characteribus* rectius efformandis diligentiam: pauca adduntur de Authore, Dictionarii ac Tituli cauſâ, cujus Tituli verba ſeparatim exponuntur.

Incipit ergo ſtatim *Dictionarium*, non quoad voces aut characteres, nam ſine arte & ſcientiâ, quónam tenderet, qui *characterum* Sinicorum originem, naturam, artificium admirabile, ſignificationes demum vellet ob oculos Lectori ponere?

Itaque Diſſertationem *primò* habes de lŏ xû, *ſex* iis *modis*, quibus accipiuntur aut exponuntur *characteres*; Sinæ enim, cur hanc vel illam ſignificationem, non aliam, hic talis & hujus figuræ *character* nobis offerat, cauſas vel rationes invenêre ſex, quæ ſunt, verbi gratiâ, *ſimilitudo rerum* in characteribus unicis ac ſimplicibus: *ſenſus* ex *duobus* vel *tribus* characteribus conjunctis, neceſſariò, ſed per ratiocinationem exoriens, &c. quæ res cum à nobis alibi delibatæ ſunt, tum verò Dictionariorum noſtrorum initio fusè explicabuntur. Poſt hæc, quod jam Lector verum eſſe non dubitabit, tractatur de *vocalibus*, earumque numero, de *tonis*, eorumque varietate ac diſtinctione, de *conſonis*, earumque per hoc vel illud *organum* pronuntiatione: ſequuntur variæ characterum ſpecies, quales in xuĕ vên, &c.

Cæterum Tomi primi initio, *diviſio* eſt Dictionarii totius, & Capitum toto Libro ſecuturorum Titulus, idque uſque ad paginam 72. Omnia præcedit *naturæ* quædam *repræſentatio* generalis, ut inde Lector materiem operis ferè totam mente præcipiat & compleCtatur.

Poſteaquam igitur è lŏ xû, id eſt, *ſex illis* characterum exponendorum *modis*, exempla nonnulla protulit, qualia habes in *Meditationibus Sinicis* pag. 86.

& sequentibus : posteaquam alia multa addidit de *accentibus*, de *gestibus* ad rectam pronuntiationem adhibendis, de quibusdam characterum quorumdam abbreviationibus, de *orbis* partibus, *ventis*que, de *consonarum* usu ad componendos *characterum* ejusdem pronuntiationis *Indices*, vocabularium illud exhibet quod hîc è *Meditationibus Sinicis* transcribendum tibi. Quàm rectè autem id Author, qui cum naturam ferè totam, in omnibus Linguæ Sinicæ characteribus expressam, esset tibi descripturus, ejus etiam tibi delineationem ostendere primùm voluit!

Sectiones ergo Vocabularii sunt omnino undecim.

Prima, de *Cælo*, *Sole*, *Lunâ*, *Ventis*, *Tonitru*, *Pluviâ*, *Igne* ac *Meteoris* generatim.

Secunda, de *tempore*, *anno*, *mense*, variis *anni* & *mensium* partibus.

Tertia, de *Terrâ*, & quidquid ad *terram* spectat; itaque de *diversis locis*, de *homine*, de *diversis hominum statibus*, de *sonis*, quod, pro locorum varietate, alii atque alii sint, de *coloribus*, quod rerum è *terrâ*, aut saltem ex *cælo* & *terrâ* simul prodeuntium ferè sint.

Quarta, de *instrumentis* & *utensilibus*, de *armis* igitur, *ponderibus*, *mensuris*, *poculis*, *navibus*, *curribus*, *carpentis*, *plaustris*que, *thronis*, *cathedris*, *sedilibus* generatim, quot ad unamquamque Artem exercendam instrumenta necessaria; ita ut in Gentibus civilibus *Linguam* plærumque *novam*, eamque copiosissimam efficiant.

Quinta, de *corpore* ejusque membris, *capite*, *capillis*, *fronte*, *oculis*, *naso*, *ore*, *mento*, *collo*, *pectore*, *ventre*, &c.

Sexta, de *floribus* & *arboribus*, quot hoc loco species tum *florum*, *fructiferarum*, *glandiferarum*, &c!

Septima est de *ædificiis*, de *cibo* & *potu*, de *avibus* & *brutis* quibus vulgo aut desumitur, aut conficitur, aut saltem præparatur.

Octava, *Cyclum*, *sortes*, *Litteraturam* complectitur, ac proinde res Philosophicas, Moralia, Physica, Chymica, & quidquid sive in vegetalibus, sive in mineralibus ad Physicam spectat.

Nona agit de variis hominum negotiis, quâ in re, Gentis *Leges*, *Edicta* Imperatorum, Fori & Mercaturæ *Officia*, Magistratuum *Jura* subintelligunt.

Decima continet *vestimenta*, item è quibus confieri soleant, *numeros* & numerandi rationem omnem, ac præterea *adjectiva* seu *epitheta*, unà cum eorum *contrariis*, seu oppositis.

Undecima additur, quæ ad naturam quidem non pertinet, sed apud Sinas admodum necessaria est, scilicet *enumeratio characterum* quorumdam *rariorum* ac difficiliorum, qui in Libris apud Sinas frequentibus,

verbi gratiâ, in sū xū
in yě kīm
in xī kīm
in xū kīm
in lì kí
in chūn cieū
in siaò hiŏ

reperiuntur, ac Lectoribus negotium semper facessunt.

In hoc magno Dictionario mira ubique Doctrina, unde *notitia characterum* Sinicorum omnium acquiratur, quæ potest maxima; expendit nimirum varias eorum compositiones.

1°. Ex *duobus iisdem*, sed quorum unus *supra* alterum positus.

2°. Ex *duobus* quidem *similibus*, sed quorum alter *juxta* alterum, & à latere.

3°. è *tribus similibus*.

4°. Ex *quatuor similibus*.

5°. Qui ex *duobus* aut *quatuor*, quos inter, *alius* insertus deorsum.

6°. Qui ex *quatuor similibus*, & *quarto* in medium per latera introducto.

Hæc, ut in *Meditationibus Sinicis*, p. 125. dixi, & curiosa admodum, & sic utilia ad characterum compositionem cognoscendam, ut nihil supra: & is apud Sinas omnino barbarus, qui ignoret; inter Sinas etiam litteratos magnus, qui accuratè legerit ac possideat.

A *pag.* 21. ad 121. numerantur *characteres* 11. qui *variis sonis* prolati, varia significant; sed hîc, ut annotavi,

1°. Ordo quidam peculiaris est, *Characteribus*: ita eos enumerat, ut *seriem* promat, non eandem quam aut çū guéi, aut chīm çū ūm; quanquam enim per *lineas*, seu *linearum* numerum enumeret, alio tamen ordine opus fuit, quod eos plærumque characteres afferat, quæ ejusdem *clavis* non sunt.

2°. Cum ejus *vocabularium* ex *rerum naturâ* concinnatum sit, Dictionarium cæterorum *seriem* sequi omnino non potuit; repræsentat igitur primo loco characteres è charactere *cæli* compositos, deinde qui è charactere *Solis*, tum qui è charactere *lunæ*, postea qui è charactere *venti*, & sic deinceps, tomo secun-

do, tomo tertio, tomo quarto, usque ad *pag.* 47.

Postea quam ea, quæ ad vocabularii ordinem spectant, exposuit omnia, tum ad characteres Librorum *Canonicorum* & *Classicorum* accedit, 1. ta hio. 2. chum yum. 3. lun yu. 4. mem çu. 5. yě kīm. 6. xī kīm. 7. xū kīm. 8. lì kí. 9. chūn cieū. 10. siaò hiŏ.

Tomo quarto characteres prosequitur Author eos, qui inter se *similes*: 1°. *generatim* à pag. 42. 2°. *speciatim*, ad finem usque Libri.

Tomo quinto habentur characteres *ejusdem pronuntiationis*, sed alio prorsus ordine, quam in çú guéi.

Cæterum quicumque ea, quæ nos in *Meditationibus Sinicis* præcepta posuimus, rectè calluerit: is *characteres* in haì pien, illic expositos, ex utriusque Libri collatione, illicò est, idque nullo negotio pronuntiaturus.

Hoc tamen annotavi tibi, atque iterum observo, *tonos* in utroque Dictionario, non semper & ubique eosdem; quæ differentia in Dictionariis Sinicis omnibus à me reperta est; nam cum character idem quoad diversas significationes, diversos etiam accentus capiat, neque ab eâdem significatione semper incipiant variorum Dictionariorum Authores, accidit etiam, licet rarò, ut qui characteres in hoc vel illo Dictionario, *toni* sunt, verbi gratiâ, *tertii*, iidem ab alio Authore *secundi* aut *quarti toni* esse videantur, quod tamen eodem recidit, cum in orationis suæ decursu, eos omnes *tonos* juxta *significationum* varietatem exponant.

Hoc ergo illud est, famosum haì pien *mare immensum characterum Sinicorum*, non eâdem quidem facilitate quâ cætera *Dictionaria*, sed & multò amplius, & ad scientiam characterum plenissimam multò accommodatius: quanquam enim *significationes* ubique non apponantur, neque eædem quæ in chím çú tūm, aut çú goéi, nec *tot*, nec plærumque *metaphoricæ* afferantur, tamen & *pronuntiationes* adduntur, quod percommodum, idque ex *Regulis* à me alibi allatis, & *significatio* ea, quæ simplex est, & è quâ cæteras exsculpere non difficile; at præterea, toties in scenam revertuntur, tot modis hinc atque hinc sub oculos reducuntur *characteres* Sinici, ut eos, eorumque combinationes omnes discas vel invitus.

V I I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 50. *pag.* 379.

hiù 許

xí 氏

xuě 說

vên. 文

alias.

hiù 許

xín. 慎

id est, *Familiæ* hù *orationes.* Dictionarium est characterum *antiquorum* seu *antiquatorum.*

Eundem apud Gentem unam scribendi modum semper viguisse, id verò nunquam repertum: sic apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, alia atque alia scriptura extitit pro temporibus, & idem apud Romanos, apud Græcos, apud Gallos factitatum, quanto magis si à Provinciâ ad Provinciam transieris: atqui Europam totam æquat Sina. Itaque ab unâ Provinciâ ad aliam varietas in legendo, in scribendo semper nonnulla, & hinc est quod, quæ verba in hâc Sinæ Provinciâ hunc vel illum accentum habent, eadem in aliâ atque aliâ, alium itidem atque alium patiantur. Atque idem tibi de variis ætatibus prædicandum. Sed ii, de queis in xuě vên agitur *characteres*, non solùm à vulgatis admodum diversi, verum etiam, nisi attenderes maximè, alii prorsus vide-

rentur, quod de *Japonicis* ac *Tunquinicis* fere dicendum : at cum ad eruditionem serviant, & in titulis *Sepulchrorum* aut *Lapidum*, in *sigillis*, aliisque ejusmodi *scripturis* non rarò usurpentur; Xuĕ vên, Liber est pretiosissimus, ac primùm quidem, scias necesse à Philosopho scriptum esse, nomine hù yú kŏ, idque Imperante hó tí τῆ hán chaô, *seu* Familiæ hán, Imperatore 17°. sæculo Christi 1°. Sed sæculo 10°. cum regnaret Familia sûm, Commentariis illustratum esse ab alio Doctore, nempe sû hivên, impressum autem denuo, Imperante tiēn kì, Familiæ tá mîm 15°. anno ejus 7°. Christi autem 1622°. Sed cum *characteres vetustissimos*, & eos etiam, qui à çâm hiĕ, Imperante hoâm tí, inventi fuerant (hoâm tí autem à fŏ hī, fuit decimus, 2704 aut circiter ante natum Christum) contineat xuĕ vên: Licet in *Medit. Sin.* identidem à me sit, prout se dedit occasio, appellatum, tamen materiem ejusdem designavi, potius quam declaravi, quod eam ob causam nunc faciendum.

Itaque præponitur τῷ xuĕ vên Præfatio longa satis, in eâ autem de characterum numero ac figurâ multa lectu digna proferuntur, 1°. verbi gratia, affert Author exempla tum *characterum* olim *sine ullâ tribunalium*, id est, clavium *notâ* usurpatorum, tum *characterum* nunc lineamentis *oneratorum*, cum antea multò simpliciores essent, unde statim formatio characterum ejusque progressus cognoscitur.

2°. Libris eâ de re nominatis, è characteribus *Titulorum* seligit quosdam, sed ita ut sub unoquoque apponatur çiĕ, *characteres* illi *duo*, ex quibus oritur pronuntiatio.

3°. Cum exempla characterum naturalium ea sint, è quibus figuræ antiquissimæ primò designatæ sunt; exempla eorum nonnulla allegat, 1°. *Artium*, 2°. *Herbarum*, 3°. *Ventorum*, 4°. *Insectorum*, 5°. *Serpentium*, idque generatim.

4°. Tum ad *artes*, resque arte factas procedit, atque eodem modo ad cætera, ita ut *Clavium* ordinem partim sequatur, partim derelinquat; sed neque id ineptè facit, nam juxta Præfationem (quod etiam in *Meditationibus Sinicis*, ad haì piēn observavi, & infra itidem observabo) antiquitus *ordo tribunalium* alius esse potuit; de alio saltem, eoque tenuiori, atque in particulas minores, ac multò plures distincto aut distinguendo cogitatum fuit sæpius; sed cum, quænam unicuique illarum particulæ attribuenda significatio esset, id verò dictu non facilè videretur, à *primis illis naturæ & linearum* Sinicarum *notionibus*, ad eum qui nunc est 214. tribunalium numerum devenêre *Grammatici* ferè omnes: Ex opere *Bayeri*, id fermè conjiciendum relinquitur, nimirum eos, à quibus Dictionariolum habuit, Missionarios, de *minutioribus* quibusdam *tribunalium partibus*, quasi hoc vel illud significarent, cogitasse; & cave illud credas ignarorum esse, aut leviter meditantium; Ex xuĕ vên, characterum Sinicorum inventores maximos viros ac sapientissimos fuisse, constat satis, & juxta *Premarum* nemo est, qui primam characterum analogiam Authore nostro accuratius introspexerit. involucrum est 1. vol. 6.

VIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 76. pag. 425.

hiuên 懸

kîn 金

çú 字

luý. 彙

Dictionarium idem quod inter Regios; n°. 48. & Mission. n°. 52. (nam vulgatissimum) Authore muý tān, seu muý ýn, qui sub τῶν tà mîm Dynastia invol. 2. vol. 14.

IX.

I X.

Cat. Bibliot. Reg. n. 78. *pag.* 426.

chím
çù
tūm.

Non repetam quæ dixi ad *Codices Regios* n°. 49. addam tantùm Authorem vocari

leaó 廖

pĕ 百

çù, 子

& varias hujus Libri editiones factas, alias characterum elegantiâ pulcherrimas, alias negligentiâ viles. vol. 40.

X.

Cat. Biblioth. Reg. n. 77. *pag.* 425.

pín 品

çù 字

ćiēn 箋

Dictionarium nempe illud maximum, cujus descriptionem habes in *Meditationibus Sinicis*, quod, juxta nos, quamquam ordine nondum optimo, tamen eo est, quem natura quasi commonstrarit, & tam facili ac fecundum sensûs communis, atque Analogiæ characterum Sinicorum Leges, ut à quovis homine prudenti ac docto Europæo divinari ac perspici queat, apud Sinas autem præstantius antea nihil, pars enim hujus Dictionarii triplex est.

Prima, ex Tractatibus characterum naturam insinuantibus, *Claves* simplices, ac multiplices docentibus, characteres clavium ambiguarum ostendentibus, &c.

Secunda, ex omnium omnino *characterum*, juxta *clavium* 214. ordinem Catalogo, quæ pars est voluminum duorum magnorum, nec à çú luý, aut chím çù tūm illic propriè differt.

Tertia, ex iisdem characteribus omnibus per *Sectiones* ac *Tonos* positis, sed juxta *pronuntiationum* ac *tonorum* similitudinem, ita ut *Sectiones* sint totidem quot *Toni*, ac totidem *divisiones* quot *monosyllaba*, hâc vel illâ pronunciatione; unde fit, ut qui *simili pronuntiatione* sunt characteres, ii in uno eodemque loco sint, ac præterea, ut, quorum partes lineis clavium exceptis sunt *similes*, atque eam ob causam unà simul comparere debent, (hinc enim pendet atque aperitur characterum, aut potius characterum inventoris artificium ac sapientia) ii, inquam, characteres, etiam unà cum suis contribulibus ac similibus repræsententur.

Hujus Dictionarii à me nunc çú guéi, propter primam ejus partem, nunc pín çú ćiēn, quæ vulgaris appellatio est, vocati, dotes profectò eximiæ sunt, cum non solùm ad pronuntiationes monosyllaborum Sinicorum omnium, sed etiam ad consonantias in *Poësi* ac *Versibus* conficiendis reperiendas manifestò inserviat. Author tanti operis nominabatur yû vên çù, & involucr. solet esse 1. sed vol. est 9. quorum duo, *Præfationes* & *Catalogum* characterum ex çù goéi & chīm çù tūm: alii septem, eorumdem catalogum ex *pronuntiationum* ac *tonorum* ordine exhibent. Ordo tamen inter consonantias alius est in aliâ editione. Vide *Med. Sin. p.* 50. & seq.

X I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 79. *pag.* 426.

Kām 康

hī 熙

çû 字

tièn, 典

id eft, magna τ8 kām hī, feu Imperatoris kām hī juffu, procurata collectio.

Cum Litterarum gloriam ad fummum quemdam gradum non folum affectaffet, fed laboribus doctis ac laboriofis juftè acquifiiffet, quod omnis generis Monumenta, five ejus juffu, five ex ejus ipfius compofitione impreffa conteftantur; Dictionarium quoque, ut eruditionis cujufvis armamentarium quoddam, id extare voluit, ex quo character quivis Sinicus ftatim depromeretur: curavit ergo à Doctoribus & Mandarinis quibufvis, fed præfertim Litterarum famâ illuftriffimis, ex omnibus omnino Litteraturæ monumentis congregarentur quicumque, à quocumque Authore, ad regnum ufque fuum ufurpati characteres effent, quos poftea collectioni huic à fe apparatæ, accuratiffimè inferi juffit.

Continet ergo eos hoc τ8 doctiffimi Imperatoris Dictionarium in invol. 4. vol. 40. fed de fingulis ejus partibus vid. *Med. Sinic.* cap. 17. p. 124. Monitum te fufficiat, quæcumque ad characterum five legendorum *facilitatem*, five intelligendorum *regulas* conferre potuit, ea ex omnibus omninò & *Dictionariis* contributa, & *Libris* collecta: *unde nil majus*, nam haì pién, de quo inter Regios n°. 51. quanquam maximum, tamen non tantum characterum numerum, nec tam varias difcendi methodos exhibet, fcilicet, quæ poftea à Doctoribus *repertæ*, aut *breviores*, aut etiam unà cum amplitudine ac longitudine *faciliores*, eas omnes in hoc eruditi Imperatoris Dictionario reperies congregatas.

XII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 20. *pag.* 430.

kām
hī
çû
tièn.

id eft, magno τ8 kām hī, feu Imperatoris kām hī juffu procurata collectio. idem & quod fupra, totidem voluminum, nempe 40.

XIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 80. *pag.* 426.

çû 字

hiŏ 學

cīn 津

leâm, 梁

id eft, *Portæ Draconis Pons*, *ad characterum fcientiam*; metaphora eft è Sinarum *Fabulis* defumpta ad difficultatem rerum indicandam, feu potius, ut difficultates ab aliquo fuperatæ dicantur: revera Liber eft totus de *characteribus*, *laxis*, *contortis*, *truncatis*, ac generatim liberè ac fine debito linearum numero fcriptis, qui propterea & fcriptu & lectu difficillimi, quales non rarò in *Præfationibus*, quales plærumque in *fignis*, in veteribus *monumentis*, in *cippis* quibufdam, in chuē vên, item, ut diximus, in chīm çû tùm, poft characterum vulgarium & rectorum explicationem. Author hujus Operis per fe intricatiffimi, jû jú guéi. Cæterum unâ cum unoquoque charactere neglecto ac libero & fine veris lineis fcripto, ad latus characterem vulgariorem afcribit, ut faltem è vulgatioris vifu, difficilior ac rarior cognofcatur. invol. 1. vol. 4.

XIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 25 *p.* 430.

çhuèn 篆

çú 字

luý 彙

mŏ, 目

id eſt, *charaƈterum antiquorum variæ ſpecies ac conſpeƈtus.*

Idem Liber eſt, qui in Catalogo Regio, *pag.* 427. n. 84. & *pag.* 430. n. 25. ſed editio non eadem.

Hæc ad me ac pro me, quia in Bibliothecâ Regiâ deeſſe judicabat *Premarus*, miſſa eſt anno 1732.

In hoc Diƈtionario, colleƈti ſunt ii omnes modi, queis unquam ſcripti ſunt charaƈteres Sinici.

Obſervatur autem ordo τῶν pú, id eſt, *Tribunalium* aut *Clavium.*

Charaƈter vulgaris, & qui nunc in uſu quadrato continetur.

Tum afferuntur ſcriptiones variæ, olim uſitatæ, quarum in capite apparent eæ, quæ in xuĕ vên, poſtea adduntur ſcriptiones, præſertim charaƈterum currentium, queis ſubjungitur ſignificatio. Voluminum eſt 12.

X V.

Cat. Bibliot. Reg. n. 85. *pag.* 427.

Liber inſcriptus

çhuĕn 傳

çú 字

çaŏ 草

xû, 書

id eſt, *Litteræ* çaŏ, ſive *Herbarum*, id eſt, ab herbarum ſimilitudine deſumptæ: de litteris ſeu charaƈteribus ab herbarum & plantarum imagine ac ſimilitudine, mutuò acceptis, agitur apud Kirkerum in Chinâ illuſtratâ Lib. 5.

Tales ſunt qui in hoc Diƈtionario repræſentantur, *charaƈteres* Sinici omnium fere *antiquiſſimi.* vol. 1.

X V I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 55. *p.* 400.

çiên 千

çú 字

vên 文

chú 註

kiaì, 解

id eſt, *Litteratorum in charaƈteres mille Commentariolus & expoſitio.*

Charaƈteres ſunt undecunque extraƈti, communes tamen, quorum latè ac diſtinƈtè ſcriptorum, datur ſupernè *explicatio* brevis, ex re aliquâ aut alio charaƈtere notiori, aut etiam è charaƈteris attributo notionem inculcante.

Author, ex Præfatione fuiſſe videtur, non Sina, ſed Miſſionarius, quod tamen non affirmamus. Præfatio id ferè inſinuat. Vol. 1.

XVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 54. *p.* 400.

sú 四
yên 言
çă 雜
çú, 字

id eſt, *characteres mixti vocum quatuor.*

Libellus eſt ſat malè ſculptus, in quò phraſes multæ, aut potius miſcellaneæ, *characterum quatuor*, quales apud Sinas infinitæ. Sunt autem quorumdam characterum communiorum. Vol. 1.

XVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 83. *p.* 417.

hiû
xí
xuĕ
vên.

Dictionarium eſt characterum antiquorum, Authore hiû xí. invol. 1. vol. 6. Sed vide ſupra n°. 7°.

XIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 53. *p.* 381.

sī 西
jû 儒

ùlh 耳
mŏ 目
çū 資

id eſt, *quod apud Occidentis Litteratos, aurium & oculorum eſt officium*: (ſupple *in Litteraturâ*,) ſeu *quod vulgò in Litteraturâ obſervant Litterati Europæi, cum Litteris dant operam.*

Hic Liber eò tendit, ut Sinis cognitio tradatur, non *Grammaticæ* qualis apud Europæos eſt totius, ſed ejus tantum partis, quâ *conſonarum* ac *vocalium* inter ſe conjunctio fieri ſolet in Linguis omnibus Europæorum, atque etiam Aſiaticorum ad Sinæ Occidentem poſitorum, ut ſunt Hebræi, Arabes, Perſæ, imo Indi plærique; ſed eos nondum noverant hujus Operis Authores, quod cum ſit à Societatis Jeſu Patribus conſcriptum, & iis præcipuè qui Mari Sinam petiverant, Linguarumque Indicarum notitiam adhuc nullam haberent, ad Linguas Europæas tantum reſpexerunt: Litteræ illic Latinæ, ſculptæ in Libri principio comparent, juxtà apponuntur characteres quidam Sinici, quæ iiſdem correſpondeant: tum ſequuntur nonnulla ad Grammaticam ſpectantia, ſed quæ tantummodo Sinicè exponantur. Opus eſt igitur generatim & Sinis & noſtris, eam ob cauſam, parum utile. volumen eſt 1.

XX.

Cat. Bibl. Reg. n. 27. *p.* 431.
Liber Manuſcriptus, cui Titulus,

lŭ 六
xū, 書

id eſt,

id eſt, *De ſex modis quibus characteres ſuos compoſuêre, aut componere hodie poſſunt Sinæ.*

Tractatus hic à Premaro ipſo ſcriptus eſt in formam Dialogi, & illic characterum Sinicorum analogiam ex ipsâ earum, quæ characterem conſtituunt, linearum conſideratione conatur elicere; quâ de re nihil hîc addemus, niſi, id ab antiquorum Sinarum mente proficiſci potuiſſe, hactenus mihi viſum non veriſimile, Prophetæ non erant. vol. 1.

XXI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 66. pag. 382.

hân *han* 翰

lîn *lin* 林

ċhûm *duplex* 重

ka̔ò : *examen* : 攷

ý *ſenſûs* 義

&

yûn *conſonantiæ* 韻

liŭ. *leges.* 律

id eſt, *characterum ejuſdem pronuntiationis Indices, à Collegio & Doctoribus* hân lîn *redacti.*

Pars eſt Dictionarii, hinc per *pronuntiationes* ſeu *conſonantias* ordinati, illinc per *tribunalia* in eâdem paginâ oblati, ita ut in ſupremâ paginâ, & ſonos eoſdem, & eos, qui iiſdem ſonis donantur, characteres habeas : in inferiori hanc vel illam *clavem*, additis linearum numeris; & in hoc codice offerunt ſe *claves cannarum & arborum*; ita Dictionarium hoc ad τȣ haì pièn, ſimul & τȣ ŭm vên, de quo poſtea, imitationem factum eſſe videtur, de haì pièn certum eſt, ex hoc ipſo codice, ŭm vên quid ſit, videbis poſtea. vol. 1.

XXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 45. p. 378.

mûm 蒙

hiŏ 學

fă, 法

id eſt, *via ſeu modus quo characteres à pueris diſci poſſunt.*

Rudimentum quoddam eſt, ſed merè Sinicum, præterea abſque ullâ methodo, cum omnia illic uſui dentur, & qui characteres in tá hiŏ, aut aliis Libris antiquis difficiles Authori viſi ſunt, ii tantummodo adducantur. Qui docendi modus, nonniſi ignaris, atque omnem *characterum Sinicorum* ſcientiam reſpuentibus, convenire unquam poteſt. Author dicitur chām hêm, atque editio facta ſub kām hī. vol. 1.

XXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 84. p. 427.

Liber inſcriptus,

ċhuèn 篆

çù 字

luý. 彙

id eſt, *characterum* ĉhuĕn *antiquorum*, vulgò ĉhuĕn *vocatorum*, *collectio*.

Hic etiam de veterum Sinarum *contortis* quibuſdam ac neglectis characteribus agitur, & Author Libri *tum guei fu*, regnante kām hī. *Primùm* Præfatio eſt de horumce characterum naturâ & origine. *Deinde* juxta cæterorum Dictionariorum ordinem adſunt claves 214. *tertiò*, Per totum poſtea Librum comparent characteres explicandi, aut potius monſtrandi. In hoc enim Author incumbit, non, ut hujus vel illius characteris ſignificationes declaret; ſed ut, qui in çù goéi, vel çù luý, characteres inveniuntur, eoſdem hoc vel illo modo ab antiquis ſcriptos fuiſſe indicet, qui characteres poſtea in alio Dictionario quærendi. invol. 1. vol. 6.

XXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 81. *p.* 426.

chĭ *collectio* 摭

kú *antiquæ* 古

& ŷ *oblitteratæ* 遺

vên. *Litteraturæ*. 文

Dictionarium etiam aliud de *antiquis* characteribus, in quo & character antiquus & qui nunc in uſu, vulgò oſtenduntur. Author *chu meu guei*.

XXV.

Cat. Bib. Reg. n. 82. *p.* 426.

Liber inſcriptus,

chím *recta* 正

yûn *conſonantiarum* 韻

tūm, *penetratio*. 通

id eſt, *modus comprehendorum characterum optimus*.

Dictionarium hoc opus eſt, & de eo ut & de alio ſimili mentionem feci *Med. Sin.* *pag.* 126. 127. *&* 141. Sed utrumque, etſi ad Grammaticam & Linguæ cognitionem pertinet, tamen ad verſuum condendorum methodum propriè accommodatum eſt. invol. 1. vol. 8.

XXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 26. *p.* 430.

Liber inſcriptus,

Liber ſine inſcriptione, in quo folia ſunt ſcripturarum fere omnium Sinicarum, quales nempe in variis, quorum mentionem feci, Dictionariis, ac præterea ſcripturæ Arabicæ ſpecies, non antiquiſſimæ, quæ *Kuphica*, ſed Mauritaniæ, quæ *Kuphicæ* apud Africanos ſucceſſit. Hic Liber itidem ad me è Sinâ miſſus. vol. 1.

FABULÆ ET ROMANENSES.

XXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 21. *p.* 430.

Liber inſcriptus,

xān *montium* 山

hàì *marium* 海

kīm. *Liber.* 經

Liber eſt *de maribus & montibus*, in quo multa, ut videntur, fabuloſa certè & obſcura; hinc, quæ à Poëtis in Poëmatibus plærumque uſurpantur, omnia ferè deſumpta, Commentarii in xān haì kīm multi, Author ipſe antiquus, & nunc ignotus, Interpretes ù gîn tĕ hîm, & kuò pú, hîc textus unus. vol. 1.

XXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 8. *p.* 384.

Liber inſcriptus,

haò 好

kiéu 逑

chuén, 傳

id eſt, *Hiſtoria fabuloſa τȣ̃* haò kiéu.

Libellus eſt ſtylo ſiaó xuĕ, ſeu ſermone familiari ſcriptus, ex eorum genere, qui apud nos *Romans* appellitantur, formæ *in*-8°.

Hic autem annotandum tibi, partes eorum, quos *Fabulas* dico, libellorum, quique Hiſtoriolæ ſunt de hoc, vel illo, aut puero, aut etiam Heroe, quem per varia rerum diſcrimina huc illuc trahunt, partes, inquam, illas, non aliter quam

hoêi, 回

indigitari, ita ut, quotieſcunque characterem hoêi videris, toties Librum ejuſmodi, vel *Comœdiam*, vel certè *Fabulam* abſque dubio nuncupare poſſis.

Voluminum eſt nunc duorum, ſeu duorum hoêi; ſed eſſe deberent plura.

XXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 9. *p.* 385.

yŏ 玉

kiaō 嬌

liĕ lî, 梨

id eſt, *Pera τȣ̃* yŏ kiaō, Authoris ſic vocati; aliàs hæc Fabula dicitur, *Fabula τῶν* sān çaí çù, trium poëtarum: elegantiæ autem eſt apud Sinas exaltatæ, & maximo in pretio. volum. 6.

XXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 14. *p.* 394.

Opus omnino idem, ſed alio etiam Titulo:

sān 三

çaí 才

çù, 子

Poëtæ tres. vol. hoêi 2.

XXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 10. *p.* 385.

pîm 平

xān 山
lēm 冷
yèn. 燕
alias
sú 四
çaí 才
çù, 子

id eſt, pīm, xām, lēm, yèn, *ſeu* quatuor Poëtæ ſic nominati: eſt etiam *Fabella* ſtyli ſiaò xuĕ, volum. 4.

XXXII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 11. *pag.* 385.

yă 雅
mí, 謎

id eſt, τῦ yà mí *Hiſtoria fabuloſa.* Eſt enim ex eorum genere quæ nos *Romans* dicimus. Sed per Dialogos & perſonas, quomodo ſunt Comœdiæ. vol. 1.

XXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 13. *p.* 394.

Liber fabuloſus inſcriptus,

pĕ 拍
gán. 案

Videtur eſſe *Fabula* quædam ſat longa, cum habeatur kivên 19. itaque eſt imperfectus, & vol. 1.

XXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 22. *p.* 430.

Liber inſcriptus,

yvên 元
gîn 人
çă 雜
kĭ kiĕ 劇
pĕ 百
chùm, 種

id eſt, *Hiſtoriæ ludicræ, aut Tragicocomædiæ centum; quæ ſub Dynaſtiâ τῶν* yvên *actæ.* Sunt autem in partes diviſæ quatuor; quæ vocantur taò.

Primus taò Fabulas habet 22.

Secundus complectitur 25.

In *tertio* ſunt 26.

In *quarto* continentur 27.

Initio

Initio voluminis primi Index eſt modorum, ſeu ejus cantùs, quo unaquaque Tragicocomædia (cantilenæ ſcilicet actibus infertæ) cantillantur.

Sequitur ibidem pictura multiplex, nimirum quali decorari oportet unamquamque. involucr. ſunt 4. vol. 40.

XXXV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 23. *pag.* 430.

Liber inſcriptus,

sī 西
ſiām 廂
kī. 記
& pî 琵
pă 琶
kī, 記

id eſt, *Hiſtoriolæ τȣ̃* sī ſiām, *Hiſtoriolæ*; ſeu *Hiſtoria comica τȣ̃* pî pă; ſunt Authorum nomina.

Sī ſiām eſt volum. 3. & pî pă 3. etiam, in uno, eodemque involucro.



GEOGRAPHIA.

XXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 35. *p.* 376.

kuàm 廣

yû 輿

kí, 記

id eſt, *Lata Terræ deſcriptio*, ſeu *Geographia.*

Hoc Libro continetur Provinciarum Sinici Imperii 15. deſcriptio ampliſſima, itemque Regnorum vicinorum omnium, ſive Imperatori Sinæ vectigalia pendant, ſive libera ſint, quod factum, quia olim Imperio ſubjecta fuere cuncta. Libri Author lŏ ým yâm, qui cùm ſub yûm lŏ τῶν tá mîm tertio viveret, Geographiam & uniuſcujuſque Urbis ac Provinciæ ſtatum, quomodo tunc fuit, tradidit accuratiſſimè: inde eſt quod in tomo ſexto, poſteaquam Provincias tres

kuàm 廣

sī, 西

yûn 雲

nân, 南

&

kuéi 貴

cheū 州

commonſtravit, multa habeat, præcipuè de

tūm 東

kīm, 京

Cochinchinâ, viciniſque aliis Regnis, opuſque ſit, eam ob cauſam, curioſiſſimum, volum. 6.

XXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 36. *p.* 376.

kuàm
yû
kí.

Vide characteres ſupra n°. 36. & eſt ampla terræ, hoc eſt, Sinæ totius *deſcriptio*: eadem eſt Geographia, ſed aucta & correcta, ac denuò, at negligentius impreſſa, Imperante kām hī. Volumina 8. ſunt, ſed ultimum è Sinâ allatum non eſt. Itaque volum. 7.

XXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 1. *p.* 391.

yú 御

chí 製
tá 大
mîm 明
yĕ 一
tūm 統
chí. 志

Id eſt, *Regentis magnificè, & magna omnia facientis*, τῶν tá mîm *Monarchiæ mens, ſeu proſpectus, aut Hiſtoria Geographica.*

Hæc eſt ampla illa & univerſa Sinæ Geographia, qualem ſummâ curâ elaboratam, atque ab illuſtribus Collegii hàn lîn Præfectis comprobatam habere voluerunt Familiæ tá mîm Imperatores magnanimi. Scito *characteres hoſce* duos yŭ chì, de Imperatoriâ Majeſtate & rebus Imperatorum juſſu factis vulgo uſurpari. In lucem verò edita eſt, Imperante tiēn xún, anno ejus quinto, Lunâ quintâ, die decimâ ſextâ: tiēn xún idem, qui aliàs ŷm çūm, ejuſdem Dynaſtiæ octavus. Vide *Réflexions critiques* lib. 3. pag. 457.

Cæterum hæc eadem ipſa eſt, quam, ut Sinæ, eorumque Imperium in compendio ſaltem cognoſci poſſent, abbreviavit *Martinius*, habemuſque apud *Thevenotium* tomo 3. ſed cognoſcenda eſt accuratius, ideoque cum nos eam in *Dictionario noſtro Geographico Hiſtorico* totam ferè exſcripſerimus, idque nonſolum Latinis Litteris, ut *Martinius*, ſed etiam Sinicis characteribus; idemque Liber, & *Geographiam* omnem, & univerſam fere *Hiſtoriam*, tum Regnorum, tum Imperatorum, tum denique virorum, locorumque, atque aliarum rerum infinitarum contineat, quæ ad illuſtrandam Sinam conferunt maximè, non abs re erit, ſi operis ejuſdem notionem paulò ampliorem tradiderimus, ejuſque *methodum*, quam latè pateat, quam exactè tamen progrediatur, attentè conſideremus.

At primùm quidem tomo 1°. præcedunt *Præfationes*, ut fieri ſolet, multiplices, atque in his Geographiæ hujus ratio redditur, id eſt, 1°. diligentiæ à multis Imperatoribus ad Geographiam Imperii Sinici noſcendam adhibitæ. 2°. Variarum Imperii aut deſcriptionum, aut Hiſtoriarum, è quibus hauriri poterant cognitiones Geographicæ. 3°. Quorumdam, qui Geographiæ operam antea dederant, Authorum. 4°. Tabularum quarumdam ab aliis Authoribus exſculptarum. 5°. Multorum, qui de Geographiâ ipſâ, ac Terræ menſuris, Sinæque ipſius in varias partes & Regna diviſione, conſcripti erant, tractatuum.

Deinde ad vulgarem, quæ jam à primis temporibus facta eſt, Imperii diſtributionem tranſit in Provincias 15. atque eas illic appellat omnes. 1. kuàm tūm. 2. xān tūm. 3. hô nân. 4. xān sī. 5. xén sī. 6. chĕ kiām. 7. kiām sī. 8. hû kuàm. 9. sû chuēn. 10. fŏ kién. 11. kuàm tūm. 12. kuàm sī. 13. yûn nân. 14. kuéi cheū. 15. adjunges pĕ kîm, ſeu pĕ chĕ lì, in quâ kîm sû, id eſt, *Aula Regia*; unde apud Marcum Paulum Venetum Urbs *Quinſai*; & cum Terra Sinenſium tota trifariam diviſa ſit, non omiſſis ibidem τοῖς pâm, quæ ſunt magnæ Regnorum partes, nec Regnis ipſis, licet in Præfationibus non indicentur: poſtea diſtinguit totam in fû, quæ Urbes ſunt Provinciarum primariæ, ſeu *primi ordinis*, in cheū, quæ ſecundariæ, ſeu *ſecundi ordinis*, in hién, quæ *ordinis tertii*, & fû addit eſſe numero 170.

cheū 234.
hién 1116.

Præterea ſunt chîn, id eſt, Pagi innumerabiles, quorum multi Urbibus etiam maximis, ſi habitantium multitudinem ſpectares, facile anteferrentur; ſed inter Urbes non habentur, quod Urbi alicui ſubjecti ſemper fuerint, & Magiſtratibus careant hujus vel illius Dignitatis.

Poſtquam Author ad Provincias ipſas acceſſit, nomine uniuſcujuſque indicato, omnes fũ, id eſt, Urbes primi ordinis enumerat:

1. ſub pě kīm.
2. ſub nân kīm, *hodie* kiām nân.
3. ſub xān sī.
4. ſub xān tūm.
5. ſub hô nân.
6. ſub xén sī.
7. ſub chě kiām.
8. ſub kiām sī.
9. ſub hù kuām.
10. ſub fú chuěn.
11. ſub fŏ kién.
12. ſub kuàm tūm.
13. ſub kuām sī.
14. ſub yûn nân.
15. ſub kueī cheū.

Quem tibi ordinem ideo adduco, ut diſcas Sinæ Provincias alias aliis ſemper habitas ſuperiores. Vide hoc loco *Magalhanis* diviſionem pag. 40. quæ eadem cum noſtrâ eſt, ubi etiam *Provinciam* leaò tūm, quæ non eſt è 15. Sinicis, ſub xān tūm comparere, optimè & juxta Geographum noſtrum annotavit.

Quod ſi *Cupletium* & *Martinium* adieris pag. 105. alium quoque ordinem reperies, quem, unde talem habuerint, neſcimus: habuerunt ſcilicet ab aliquo Geographo recentiori.

Inter yûn nân & kuéi cheū multæ inſunt earum Urbium, quæ vocantur *Bellicæ*, item *Arces*.

Poſt eandem Provinciam adducuntur, quæ appellant Sinæ *exteriora & Barbarorum loca*, ut niù chě, gě puēn kuě, ſeu *Regnum Japonicum*, & alia numero 63. quorum nomina Geographis noſtris non admodum cognita.

Hæc, quæ vidiſti, omnia generalia ſunt, & omnibus omnino Provinciis conveniunt, ita ut jam de unâquaque habeas fù, ſeu *Urbes* primi ordinis, quo in Catalogo, ne fallaris, animadvertendum id tibi, quaſdam *primi ordinis* vocari cheū, nimirum ex frequenti Populorum uſu.

Sequitur nunc Liber ipſe, in quo, quid Author ubique efficiat, audi.

Primò, de Provinciâ unâquaque tractat generaliori quodam ſermone, ubi de ſitu Provinciæ, de primis Incolis, de primis Provinciæ & Incolarum nominibus, de mutatione unius nominis in aliud, ſub hoc vel illo Imperatore, ac ſæpe de ejuſdem mutationis cauſâ, præterea ſi quid in hâc vel illâ Provinciâ eximii & ſingularis, id ſtatim annotat, verbi gratiâ, *Flumen*, *Fluvium*, *Lacum* aut *Stagna*, item, ſi quod *Templum* in Provinciâ, ob Populorum frequentiam, famoſum; ſi qui *Mons*, aut longè facer, aut ob *Sepulchra* illuſtris; ſi qua *Telluris*, aut *Soli* proprietas, per totam Provinciam; ſi quid in *Ædificiis* notabile, ut in Provinciâ *Pekimenſi Murus Sinicus*; ſi quid ad *Litteratos*, ſi quid ad *Militares* pertinet.

Tum ad primariam *Urbem* deſcendit, de quâ à primis Monarchiæ Fundatoribus differit; ſic, verbi gratiâ, de Urbe pěkīm ab hoâm tí ad hûm vù Hiſtoriam pertexit, ejuſque occaſione, enumeratis denuò, quæ antiquitus illic fuerunt, *Regnis*, indicat etiam, in quibus Provinciæ Urbibus, *Aulæ* eorumdem Regnorum fuerint, quas deinde, ut *Pekimi* habitarent, neglexêre aut Reges aut Imperatores. Sed cum in Indice generali Urbes primi ordinis jam commemorarit, hîc ſupereſt nihil, niſi, ut ſub unâquaque τὰς hièn deſignet, quod diligenter facit.

Jam ſi quis Lector hîc, inter illas, quas habemus Geographiæ Tabellas, aut Mappas, verbi gratiâ, *Martinii Atlantis*, *Duhaldii*, aliorumque, & eam, quâ de nunc ago, Geographi Sinæ deſcriptionem, quærat quid interſit; reſciat id à me, neceſſe eſt 1°. apud eos, præter *Urbes* magnas & *montes* quoſdam maximos, nihil indicari ſibi: quam obſtupeſcet igitur, cum hîc, ſive in eâdem Provinciâ *Pekimenſi* apud Geographum Sinam, per decem paginas, *montium* 99. vel 100. non ſolùm mentionem ac deſcriptionem brevem factam eſſe, ſed & diſtantias ab hâc vel illâ Urbe indicatas, numerataſque, & ſitum ad *Orientem* vel *Occidentem*, &c. & culturam ac fructus illic naſci idoneos, dixerit? & ita montibus ſuccedere, *rupes* ac *ſcopulos*, & loca omnia prærupta, *valles*, *convalles*, *voragines*, *præcipitia*, *lacus*, *paludes*, *flumina*, *fluvios*, *rivos*; *fontes*, *puteos*, item *ſylvas*, *lucos*, *campos*, *planities*; ſed quod multò magis, adduntur *Ædificia* omnia publica, velut *Collegia*, quæ in hâc unâ Provinciâ numero 24, item Mandarinorum *Hoſpitia*, quæ numero ultra 40, *Pontes* qui numero 12. *Aulæ* mortuis deſtinatæ, quæ ubique; quid ſi, quæ de *Hiſtoriâ Rerum* per unamquamque dynaſtiam, per prima tempora, per xām, per cheū, per çín, cæteraſque deinceps Imperatorum Familias? ſic habes & *Geographiam* totam,

tam, & de *Historiâ*, quodcunque ad hanc vel illam Urbem, ad hoc vel illud Templum aut Collegium spectat, imo si quid ad hominem quempiam famosum, aut inter Chinas magni nominis, vel ob sanctitatem, vel ob virtutem bellicam, vel ob Litterarum gloriam, id breviter narratum tibi est, imo si quis inter Genios notus; *mutationes*que sub hâc vel illâ Dynastiâ allatæ, illic ex ipso Dynastiarum ordine commemorantur omnes, quod Author eodem modo per totum Librum, id est, per volumina 49. exequitur. Sunt autem tituli plærique in paginarum capitibus, si eos exceperis, qui Dynastiarum successiones indicant, & ideo sæpe adducuntur, ut, quod in Provinciâ peculiare, sub hâc vel illâ Dynastiâ fuit, oculis tuis subjiciatûr illico.

Tomi ergo ita distributi, ut *Urbs* & *Provincia* pĕ kīm contineat 4. in tres partes divisos.

Provincia nân kīm sequentes septem, id est, 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. complectatur.

Provinciam xān sī exponant Tomus 11. & 12.

Provinciam xān tūm 13. 14. & 15. sed in hoc 15. describatur, ut jam dixi, *Regio* leaô tūm.

Provincia hô nân tomos 16. 17. 18. & partem tomi 19. repleat, quod ex malâ compacturâ contigit, numeri enim denuo incipiunt post paginam 19. 38. & tunc se offert *Provincia* xĕn sī, de quâ etiam tomi 21. 22. ita, ut tom. 19. per dimidium.

Tomum 20. tom. 21. tom. 22. totum occupet una eadem *Provincia* xĕn sī.

Postea in tomo 23. 24. 25. 26. reperitur chĕ kiām, quæ *Provincia* etiam latissima.

Provinciæ kiām sī, consecrantur tomi 27. 28. 29. 30. 31.

Provinciæ hū kuām tomi 32. 33. 34. 35. 36. 37.

Jam *Provincia* sú chuĕn in tomis 38. 39. 40. 41. per partes, quomodo cæteræ, describitur.

De *Provinciâ* kuàm tūm tractant tomi 44. 45. 46. & 47. ferè ad dimidium.

Supersunt yûn nân & kueī cheū, quarum altera, id est, yûn nân in fine tomi 47. & tomo 48. usque ad pag. 41. delineatur; altera, nempe kueī cheū, tomo eodem 48. post pag. 41. idque cifris mutatis usque ad finem ejusdem tomi 48.

Denique tomus ultimus, seu 49. *Gentibus*, *extra*, *sed prope* Sinam positis, addicitur totus, quod aliter fieri non potuit; (nam quædam olim Imperatoribus Sinis subjecta, quædam sponte dedita, quædam armis Sinensium identidem debellata.) *Præfationes* Authoris plæræque, eruditione quâdam Historicâ refertæ, & ideo legendæ, quod Imperatores Bellicosos ferè omnes appellet, eorumque prælia saltem indicet.

T. 49. *pag.* 11. describitur Imperium gĕ puĕn, sive *Japonicum*, & varia ejus Regna.

Pag. 23. de Regno sī fān, seu *Thebetano*, agitur.

Et sic ibidem breviter exponuntur quæ ad populos, uti Sinæ vocant, Barbaros pertinent, de quibus nonnulla Martinius in Præfatione, atque hoc illud est *τῶν* tá mîn tempore, eorumque jussu, compositum opus Geographico-Historicum, magnificum profectò, lectu dignissimum, & si totam Sinam, ejusque *Locos*, *Urbes*, *Regna*, *mutationes*, *magnos Viros*, *Fœminas illustres*, *Virgines sanctas*, &c. cognoscere in animo habeas, cæteris illis, quas hucusque vidimus, Geographicis descriptionibus longè anteponendum, cum in his Sina, non nisi per partes, easque admodum exiles, compareat, ex hoc nostro Libro plenissima & admirabilis Imperii totius cognitio hauriatur. Addendam tamen, judicamus, quam è neotericis Authoribus excerpsit Cupletius, legimusque nos ipsi sexcenties enumerationem rerum Sinicarum compendiosam, eam nimirum, quæ sub finem Editionis Confucianæ, & brevem Sinæ totius imaginem, è Tabulis Geographicis, ad nos missis, repræsentat. Hæc est autem, in toto Sinarum Imperio,

Flumina navigabilia & *Lacus* celebriores numerari 1472

Pontes celebriores, 331

Montes præ aliis memorabiles, 2099

Turres & *Arcus triumphales*, aliaque id genus *Ædificia*, Regibus Virisque illustribus erecta, 1159

Bibliothecæ item celebres, Librisque illustrissimæ, 272

Gymnasia sapientiæ, seu *Academiæ*, Magistro Imperii *Confucio* erectæ innumerabiles: totidem enim erectæ, quotquot Urbes sunt & Civitates, imo in pagis complures invenias, ut Geographiâ hâc nostrâ liquidum.

Bacchalaureorum numerus (cum *Sin-*

dioforum fit infinitus) affurgit circiter ad capita ; 90000

Avita Templa, feu potius *illuftres Aulæ* Majoribus aut Benemeritis, ad perpetuam Familiæ memoriam erectæ, 709

Maufolæa Architecturâ fuâ apud Pofteros commendata, 688

Viri, feu virtute, feu factis Heroicis illuftres, Libris ac Metris celebrati, 3636

Fœminæ virtutibus ob virginitatem conftanter fervatam, itemque ob fidem maritalem prædicatæ, 208

Palatia Regulorum funt, 32

Sed quæ fingulis ubique Præfectis affignata, pro cujufque gradu & dignitate, idque impenfis publicis, 32167

Idolorum Templa præ reliquis, vel ob magnificentiam, vel propter conficta Idolorum miracula, 480

Templa minora ac *Fana* omnino innumerabilia. *Bonzii* in utrifque Templis habitantes, ac Regiis diplomatibus donati, 350000

Bonzii abfque diplomate, atque ex mendicitate viventes, multò plures.

Bonzii celebres in folâ Regiâ Pekimenfi, 10668

Bonzii uxorati, & diplomate Regio inftructi, 5022

Omnium utriufque Sectæ *Bonziorum*, feu *Sacrificulorum* numerus incredibilis, & paffim creditur prope accedere ad 1000000

Mahumetani qui 700 ab hinc annis Sinam ingreffi, creduntur *millionem* excedere, 1000000

Pauperes, *Senes*, *Invalidi*, quibus olim fua affignabantur domicilia, & qui ab omni ævo, in fingulis *Urbibus* & *Civitatibus*, annonâ Regiâ aluntur, tot funt, ut nihil dum certi licuerit cognofcere.

Templa Deo vero dicata, præter *Sacella*, ante ultimas perfecutiones, aut *Cupletii* tempore, erant circiter 240

Chriftianorum numerus, anno 1681. jam erat 260000

Quod fi *Provincias* 15. & *Metropoles* confideraris, itemque in *Civitatibus Familias*, in *Familiis Viros*, exurgit immenfum nefcio quid,

Martinii tempore erant :

115 *Metropoles.*

1312 *Civitates* 2 & 3 ordinis, omiffis *Pagis.*

10128789 *Familiæ.*

58916783 *Viri.*

Differentia eft inter *Martinium* & *Magalhanem* magna, & *Magalhanes* majorem *Urbium* & *Civitatum* ponit quam *Martinius*, quod *Magalhanes* annumerat quafdam particularium Principum Imperatori Sinæ non parentium, & ab eo titulum duntaxat accipientium. (Ex *Urbes* ac *Civitates* inter Montes fitæ in quatuor Provinciis sū chuēn, kuéi cheū, yún nân, kuām fí ;) item quod annumeret Urbes, & Oppida Regionis leaó tûm, quæ à Sinis, in particularibus tantum Catalogis recenfentur, dum *Martinius* eas tantum fcripfit, ex quorum diftrictu Imperatori vectigal penditur.

Itaque juxta *Magalhanem*,

Loca partìm *civica*, partìm *militaria*, fed muris cincta, 4402

Loca *civica*, 2045

Nimirum *Metropoles*, feu fū, 175

Civitates 2 ordinis, feu cheū, 274

Civitates 3 ordinis, feu hién, 1388

Hofpitia Regia dicta yĕ, 209

Hofpitia inferioris ordinis, feu chín, 103

Hofpitia Regia, fed abfque muris pro *Præfectis*, *Curforibus*, aliifque ex *Aulâ* Regio fumptu iter facientibus, yĕ, *vel* chín, *vel* yĕ chín dicta, funt 1145

Familiæ in toto Imperio recenfitæ, 11502872

Virorum numerus, capita, 59788364

Inter loca *Militaria*, *Arces* 1 ordinis kuān dictæ, 627

Arces 2 ordinis, guéi dictæ, 567

Arces 3 ordinis, sō dictæ, 311

Arces 4 ordinis, chín dictæ, 300

Arces 5 ordinis, paó dictæ, 150

Arces 6 ordinis, pù dictæ, 100

Arces 7 ordinis, chaí dictæ, 300

Murus Sinam ab utrâque Tartariâ feparans, complectitur & leaò tūm, & Provincias tres pĕ kīm, xān sī, xēn sī, ab ortu ad occafum, leucas Lufitanas circiter 400, juxta *Magalhanem* : juxta *Martinium* per milliaria Germanica 300, quorum in uno gradu 15, quod confideratis flexibus, & montium circuitibus leucarum eft 500.

Jam fi ad numerum hominum obftupueris, difce eo tanto numero non comprehendi

1. *Parvulos* ante annum ætatis 20.
2. Quicumque è Regio nati fanguine.
3. *Miniftros* Regios.
4. Nec *Præfectos*, neque *Ex-Præfectos.*
5. *Milites.*
6. *Baccalaureos.*
7. *Licentiatos.*
8. *Doctores.*

9. *Bonzios* utriusque sectæ.
10. *Mendicos.*
11. Eos omnes, qui in navibus ac super flumina habitant, numero infinitos.

Hæc tibi omnia hoc loco exscribere visum est, duabus de causis; *primùm* quidem, ut lectâ τῶν tá mîm Geographiâ, quales hæ ipsæ eædem res tunc temporis fuerint, cognoscas; dein, ut quantum ab eo tempore progressum fecerint, quantumque in dies crescat illud Imperium, omnium profectò, si non maximum, certè populosissimum, & eâ majestate, quam nullibi fere invenire sit. Voluminum est, ut dixi, 49.

XXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 1. *p.* 391.

Liber Manuscriptus inscriptus,

leàm 兩
kīm 京
xĕ 十
sān 三
sìm 省
kiūn 郡
sĕ. 色

Aularum duarum (Pekimi scilicet & Nankimi) *&* 13 *Provinciarum Territorii examinata pictura.*

Opus est Geographicum, in cujus fine comparent varia vicinorum populorum Regna. vol. 1.

LX.

Cat. Biblioth. Reg. n. 2. *pag.* 391.

Liber inscriptus

gîn 人
kím 鏡
yâm 陽
çieū, 秋

id est, *hominum speculi clarus Autumnus*, sive *pulcher Autumnus*, *in quo rerum humanarum fructus omnes, tanquam in speculo perspiciuntur.*

Præfationes sunt quæ Authorem, propter summam eruditionem commenmendent quàm plurimæ, eæque, saltem complures, variis scripturarum, seu characterum generibus, quod non immeritò factum; nam opus hoc immensæ cujusdam ac stupendæ lectionis; scilicet, quæ ad Imperii *gubernationem*; quæ ad omnes Provinciæ uniuscujusque *Magistratus*, quæ ad *hanc vel illam artem* in unâquâque Provinciâ usitatam, quæ ad *vectigalia* illinc percepta, quæ ad *viros* aut *fœminas* in unâquâque Urbe illustres; illa, inquam, & similia omnia, non fusè quidem narrat, sed breviter expendit ac delineat. Author kīn tĕ, vide in fine Præfationis ultimæ.

Post *Præfationem* ultimam sequuntur *Indices* multi, sed præsertim eorum queis usus est Author Librorum & Authorum sat magnus; sunt nimirum opera 656, ex quibus opus à se consarcinatum dicit Scriptor.

Postea rerum in Libro contentarum summaria itidem copiosissima: continet

ergo 1°. narratiunculis non ita prolixis, 2°. figuris ac picturis, Historiam Sinarum ferè totam, & voluminum est 13. kivèn 21.

XLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 3. *p.* 39.

Liber inscriptus,

kuàm 廣
hoâm 皇
yû 輿
kaò, 考

id est, *examen Libri, cujus* titulus kuàm hoâm yû *Rheda Imperatoris lata.*

Opus est Geographicum, longè utillimum. Sunt illic, licet brevius, quæcunque ad unamquamque Provinciam, ad unamquamque hujus & illius Provinciæ Urbem cognoscendam pertinent. additæ sunt locorum distantiæ, & loca ea, quâ transeundum ab uno ad alium locum, exactissimè indicantur, præterea Urbium Fundatores, & si quid illic factum illustrius. Non desunt *Mappæ*, Urbium saltem, & secundi ordinis. Sunt tantum volum. 2.

XLII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 4. *pag.* 329.

Liber inscriptus,

fŏ 福
cheū 州
fù 府
chí, 志

id est, *descriptio Urbis* fù *seu* fŏ cheū. Liber imperfectus, & pars amplioris decima-quarta. 1. vol.

XLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 5. *p.* 392.

Liber inscriptus,

tá 大
mîm 明
hoéi 會
tièn, 典

id est, *codices & collectiones de iis omnibus quæ ad* tá mîm *pertinent.*

Cum Familia hæc Sinica & maxima & illustrissima fuerit, Historiam *Tamingarum,* nemo est, quin admirabilem esse judicet, & revera est. Continetur ergo hîc duobus involucris, voluminibus 10. & Magistratus omnes, *Urbium* Sinæ totius omnium statum, imo varios status repræsentat.

HISTORIA.

XLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 1. p. 367.

Annales Sinici inscripti,

çū	*adjuvantis*	資
chí	*gubernationem*	治
túm	*speculi*	通
kién	*principia.*	鑑
kām		綱
mŏ.		目

hoc est, *principia, seu quæ primò discenda sunt, & speculi instar esse poterunt ad dirigendam Reipublicæ, seu Ministerii publici gubernationem.*

Hic Liber longe amplissimus, estque voluminum 120. Gentis autem totius, non omnem (Annales enim sunt Dynastiarum particularium plærarumque) sed generalem Imperii Sinensis Historiam continet, eam nimirum, quæ à Tribunalibus, idque authoritate publicâ, & olim profecta est, & hodie etiamnum conscribitur. Authores Annalium innumerabiles, si eos numeres, à quibus per per varia sæcula collectæ sunt, sed Editores, seu Authores Annalium hodiernarum sunt præsertim quinque:

1°. sū 司 mà 馬 kuām, 光

2°. chū 朱 vên 文 kūm, 公

3°. kīn 金 gîn 仁 xān. 山

4°. xām 上 lú, lŏ. 路

5°.

nân 南

hiên. 軒

Itaque collectio est ab infinitis per varia sæcula Authoribus orta, & ab illis quinque, in variis etiam sæculis compilata.

1°. Author primus sū mà kuām, qui hanc, quam nunc exhibent Sinæ, compilationem inchoavit, in vivis fuit sub Dynastiâ sûm, sæculo Christi 10°. & ab eo est, quod nomen nunc præferant çū chí tûm kién, Annales, cum antea, non nisi kí, id est, *Memoriæ*, aut alio quovis nomine insignirentur: cæterum ab anno τȣ gueī liē vām 1°. incipiunt, qui Dynastiæ τῶν cheū, Rex seu Imperator fuit trigesimus, idque annis ante Christum natum supra vigesimum octavum quadringentis; perduxit autem usque ad annum τȣ xí çūm ultimum, id est, usque ad secundum & ultimum τῶν heú cheū Imperatorem, annis à Christo 951. quod intervallum est annorum 1379.

2°. Author secundus, chū vên kūm, vir ætatis suæ celeberrimus, annis postea circiter 300. sed sub eâdem etiam τῶν sûm Dynastiâ, *primum* quidem Annalium eorumdem titulo addidit characteres duos kām mǒ, quorum significatio est *oculus præcipuus*, seu de verbo ad verbum, *principalitatis oculus*. Deinde verò, quod illâ additione indicabat, opus idem & commentariis & annotationibus quibusdam moralibus & citationibus, seu antiquiorum Authorum testimoniis exornavit. De kām mǒ, v. Dict.

3°. Tertius Author, kīn gîn xān nomine, vixit initio τῶν yuên, Familiæ primæ *Tartaræ*, sæculo Christi 14°. & cum tempora vetustiora propter quandam Historiarum antiquarum dispersionem negligi posse animadverteret, Annales Imperii Sinici antiquissimos, id est, rerum ab yaô anno 1°. annis ante Christum 2353. ad guéi liē vām annum primum, unde sū mà kuām inceperat, gestarum, serie continuâ, per annos 1930. repræsentavit.

4°. Author quartus xàm lú *vel* lǒ, quod idem est, ab anno τȣ chîm hoá 12°. Christi scilicet 1465. ejusdemque Imperatoris jussu, eosdem Annales continuavit per annos 408. usque ad annum τȣ xùn tí decimum, ultimumque *Ivenidarum*, quod est anni post Christum 1368.

5°. Author quintus nân hiên, qui sæculo 16°. medio vitam degebat, ac proinde sub iisdem tá mîm: is Scriptor Annales auxit, supplevitque ex antiquis Authoribus ipsa Imperii initia, remotisque fabulosis temporibus, à *Fo hi*, primò Gentis non suspecto Fundatore, ad id ætatis, ex quo kīn gîn xān inceperat, nempe annum τȣ yaô primum.

Sic Annales Sinici, quales hi, (nam semper continuantur) ab anno ante Christum 2951. ad annum Christi 1368. perducti sunt per annos 4313. etsi varii sint hîc Chronologi. Quoad hanc editionem. Impressus Liber est, regnante hâc Familiâ tá cîm, seu Tartarâ secundâ, sub xún chí τȣ kām hī patre.

Et si eorumdem Scriptorum successionem, per omnia ferè sæcula non interruptam, habere vis, resumendi tibi ordine retrogrado, qualem dedi in eo Libro, quem gallicè inscripsi: *Réflexions Critiques sur les Histoires des anciens Peuples*, *liv.* 3. *pag.* 428.

chām kiū hô,
chām kiū chím,
yuên leaò fân,
xám lú,
sū mà kuām,
chū vên kūm,
kīn gîn xān,
hoâm fū mì,
puôn kú,
sū mà cién,
sū mà tān.

Item qui inter

sū mà ciên, & sū mà kuām,

ejusdem Familiæ fuit, ac Librum sǒ yn composuit sū mà chín.

Cæterum de *Annalium* Sinicorum authoritate, quidquid cogitarint homines nostri, certum est apud Sinas summo in pretio haberi, tanquam Libros *fidei indubitatæ*, à summis Authoribus, idque Imperatorum jussu & Tribunalis ad hoc instituti curâ conscribi solitos, qui mos Gentis ab yaô usque, nec sine maximo traditionis quasi æternæ pondere in totâ Sinâ repetitur. Neque verò hi illi, quos vidisti Scriptores, *Authores* Annalium

Sinicorum, sed tantummodo *Collectores* ducendi & appellandi, cum illud, de quo locutus sum, Tribunal nunquam non extiterit, simul atque Sinæ in Imperium concesserunt, quod certissimè annis post diluvium non multis factum est, ut ii etiam fateri semper coacti, qui historica cæterarum Gentium monumenta in dubium ausi revocare. Liber est in 12. involucris, & volum. 120.

XLV.

Cat. Bibl. Reg. n. 2. p. 368.

Liber inscriptus,

kù *antiquæ* vel *antiquorum* 古

vên *litteraturæ* *litteratorum* 文

yuên *abyssi* 淵

kién. *speculum.* 鑑

Cum apud Sinas, qui imperant, aut Reges sunt, aut varias Imperii Provincias gubernant, Imperatores, Reges, Proreges, Ministri omnes, semper sint, esseque debeant docti: nec nisi tales, studiisque ac doctrinâ omnino imbuti, ad regendam Rempublicam admittantur; quod hîc, ubi de Regum factis, dictisque ac sententiis agitur, *Reges* ac *Litterati* eodem modo appellentur, eorumque mores ac cogitationes permisceantur, mirum esse non potest cuiquam. Itaque Litteratorum antiquorum nomine & in hoc Libro & ferè ubique veniunt, non ii modò, qui apud cæteras Gentes, *Litterati* dicuntur, sed quod Lectorem semel monitum volumus, *Magnates* & *Imperatores* ipsi: hîc igitur Liber, qui apud Sinas, viros politicos & Reipublicæ administrationi mirè addictos sit maximi, & summâ curâ, itaque infinitâ quâdam characterum pulchritudine editus est, ita ut *Vestenios* in Galliâ peregrinantes, & illustrissimum quemque Typographum, in admirationem ac divinum stuporem traxerit: simile quidquam, ab *Europæis* nunquam impressum, aut etiam imprimi posse confessos, & quod reverâ est Virorum maximorum hic facta, illic Sententias Orationesque stylo antiquo, id est, elegantissimo complectitur.

Scriptus est autem sæculo 17°. regnante τῶν tá mîm Familiâ, Sinicarum 21ª. Authore sú kiên hiŏ, qui tunc Doctor Sinæ, famâ celeberrimus, & impressus anno Christi 1685. τῦ kām hī 24, estque vulgo in involucris 4. voluminum 24.

XLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 3. p. 368.

Liber inscriptus,

lī, liĕ 歷

sù 史

kām 綱

kién 鑑

pù, 補

id est, *Supplementum. ad speculum universale*, seu *Annales Sinicos.*

Kalendarii modo præter *Annales*, ut jam insinuavi, existunt apud Sinas monumenta Historiæ Sinicæ quamplurima; hæc enim est *Annales* inter & cæteros Libros historicos differentia, quod Libri in Historiam à quocumque Doctore conscribi possint; (quæ res apud nos, apud Latinos, apud Græcos factitata)

ſed Annales publici, aut Imperii ipſius, non niſi à Tribunalibus, atque Imperatoriâ authoritate proficiſcantur. Quam ob cauſam, apud

leaò 了

fân, 凡

ſic enim appellatur Author, reperies hæc duo : *Primùm* quidem, Annalium Magnorum abbreviationem ac compendium. *Deinde* verò facta quædam præcipua ac ſingularia, virorum in Imperio, vel rerum geſtarum famâ ac virtutibus Bellicis Illuſtriſſimorum, vel pietate ac regiminis ſcientiâ maximè commendatorum.

Vixit autem Scriptor ſæculo 15°. regnante tá mîm familiâ, & appellatur ſæpe uên leaò fân, ejuſque ſupplementum, non niſi ſub ejuſdem ſæculi finem impreſſum eſt. Volumina non ita ſpiſſa, ita ut involucrorum ſit duorum tantummodo, ſed continet vol. 36.

XLVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 4. *pag.* 368.

Liber inſcriptus,

túm 通

kién 鑑

chĕ 直

kiaì, 解

id eſt, τϋ tūm kién *expoſitio litteralis. Annales* primùm tūm kién appellatos diximus, poſtea à chū vên kūm titulo veteri additas voces κām mŏ. Hic Liber, eorumdem Annalium *abbreviatio* etiam eſt, eaque à celebri Doctore Commentariis illuſtrata, cujus nomen chām kiū chím : fuit autem chām kiū chím, hinc τϋ ván liĕ, unius ex tá mîm familiâ, illinc Imperii totius Adminiſter. At ſæculo 16 ferè medio, annis poſt circiter 80. chām kiā hû, cum è Litteratis ipſe eſſet, Sinicos eoſdem Annales auxit. Quæ igitur ſub eâdem tá mîm familiâ geſta fuerant per annos fere 276. ea non ſolùm Litteris mandavit, ſed etiam explicatione litterali illuſtravit : continetque hic Liber 1°. *Annalium* Imperii totius, id eſt, eorum quæ Familiam tá mîm præceſſerunt, *abbreviationem* : deinde, *eorum*, quæ ſub eâdem Familiâ facta, *enarrationem* : 3°. *Expoſitiones* in ea omnia, præſertim in antiquiora, litterales ; deſinitque in anno Chriſti 1647. Sic quæ per annos circiter 4609. evenêre, ea in hoc opere aptè diſpoſita, atque eleganter conſcripta legere eſt : quod opus, cum non ſemel impreſſum jam eſſet, prodiit denuò regnante xún chí τϋ kām hī patre. Eſt autem in 3. involucris, & voluminum 16.

XLVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 5. *p.* 369.

Liber inſcriptus,

chūn 春

ciēu, 秋

id eſt, *Ver & Autumnus.*

Titulus eſt Principatûs Lù, *Annalium* ab ipſo kūm fú çù, id eſt, primario Sinarum Philoſopho *Confucio* conſcriptorum.

Hic Liber pretii apud Sinas ſummi, & propter ejuſdem Philoſophi, à Litteratis in magnâ veneratione habiti authoritatem, inter ſacros tantum non repoſitus, Hiſtoriam repræſentat, præcipuè *Regni* lù, aliquando etiam, pro ut ſe dedit occaſio, Imperii ipſius, idque per

per annos tantum 241. fcilicet in Regno lù natus erat *Confucius*, ibique cum effet è familiâ quâdam honoratiffimâ, quæque apud Sinas etiamnum Principatum quemdam obtinet, Patriæ fuæ regendæ ac bonis moribus informandæ per multos annos operam dedit Vir Philofophus: tandem abdicato minifterio jam fenex, & Litteris ac Difcipulis unicè addictus, rerum ante fe geftarum Hiftoriam, Politicis cogitationibus quamplurimis ornatam atque interfperfam voluit pofteritati relinquere, idque eft in cæterorum Annalium modum executus, ita ut res ad fuum unaquæque tempus referretur. Quod fi nunc tituli rationem à me quæfieris, non alia fortè videbitur, quàm hæc, Bella in Sinâ, aliifque Zonarum calidarum locis, Vere præfertim & Autumno fieri, non aliis tempeftatibus, propter æftûs ac frigoris incommoditatem folere.

Jam, ea, in quâ idem hic Liber habetur reverentia, inde orta eft procul dubio, 1°. quod de regendo Imperio Sententias reverà admirabiles complectatur, Regumque, & optimorum virtutes, ac malorum vitia graphicè depingat; ita ut ex hoc Libro, tanquam è fpeculo, quid quifque in fe habeat Princeps aut pulchritudinis aut deformitatis, perfpiciat ftatim, ac proinde difcat, quid faciendum fibi, quid vitandum. 2°. Quod quidquid à *Confucio* fcriptum eft, fummâ id veneratione fufpiciant, & reipfâ nihil unquam quidquam apud cæteras Gentes, fi Veteris ac Novi Teftamenti Moralia exceperis, tantâ prudentiâ exaratum, quantâ id omne quod à Confucio fcriptum legimus. Cæterum cum apud Sinas Libri fint *Canonici* quinque, vulgò ù kìm, eodem ferè loco habetur τὸ chũn cieũ, ac sü xũ, feu Libri illi, quorum tres à *Cupletio* editi, ita ut vulgò *Canonici* Libri fex effe dicantur. Commentaria in hunc Librum fcripta funt à multis Philofophis quamplurima, & in hujus Præfatione Hiftoriolam hanc invenies, cum çìn chì hoâm Libros omnes comburi juffiffet, exemplar uniufcujufque, & hujufce Libri, & aliorum multorum ab uno è Confucii nepotibus, in vetuftâ quâdam maceriâ abfconditum fuiffe, nec nifi Imperante hán Familiâ, annis ante Chriftum 209. repertum: eum autem hoêi tí, qui tunc præerat, Imperatorem id ftatim præcepiffe, ut editione eorumdem Librorum adornatâ, toti Imperio diftribuerentur, atque inde Litteraturam apud Sinas ab çìn chì hoâm tyranni ætate, quafi intermortuam, refsufcitatam ac redingratam. Quin per quædam temporum intervalla, & regnantibus quibufdam Regibus atque Imperatoribus, vel otium, vel ædificandi libidinem Studiis ac Philofophiæ, qualis eft hominum natura, anteponentibus; eclipfes quafdam interdum paffa fit Litteratura Sinica, id verò non diffitendum. At *incendia illa* Librorum, ac Studiorum extinctionem, non è rebus effe abfurdis atque omnino impoffibilibus, licet hæc dictitata fint, atque à multis ineptè credantur, quis crediderit nifi qui res humanas, quo fe modo habuerint, oblitus omnino fit? *Gens humana ruit in vetitum*, Libros abolere voluerit quis? quamquam Rex, quanquam Imperator etiam potentiffimus, fatis eft fuperque, ut frequentius exfcribantur, atque attentius conferventur. Philofophos apud Sinas à çìn chì hoâm vexatos, in exilium miffos, tormenta perpeffos, bonis fuis omnibus, ac proinde Libris privatos, accipiam id lubens: imo vetera quædam monumenta, hujufmodi temporibus igni tradita effe, atque exemplaria eorum non pauca periiffe non negandum, cum id non rarò factum fit; fed *Libros omnes*, quod infinuant, Libros eos, quorum jam per Imperium vaftiffimum, jam *Tum kimi*, jam *Cochinchinæ*, jam apud *Japones*, jam denique in Sinæ defertis quibufdam inacceffis, exemplaria longè latèque diftracta fuerant, Libros, inquam, tam multos, apud Gentem Litteraturæ adeo deditam, Litteraturæ adeo amatricem, Majorum fuorum adeo veneratricem, vel extingui, vel etiam exulaffe potuiffe, fac mihi credas, res eft per fe abfurdiffima, & Differtatione ego Academicâ Fabulam effe putidam demonftravi. *Japones* Litteraturam omnem Sinicam amplexi funt, Hiftoriam Sinarum omnem, & à Sinis antiquis habuêre, & in Scholis fuis, non aliter ac Sinæ ipfi, legère, leguntque etiamnum: At fi *Kempferum* legeris, cum de çìn chì hoâm loquuntur, filentium apud ipfos de Librorum incendio altiffimum.

Hæc autem hoc loco per tranfennam & ex Præfationis minus fanæ occafione dicta fint.

Eorum, qui in chũn cieũ Commentarios confcripferunt, Philofophorum, quanquam hodie etiam componantur,

Ddddd

ultimus famâ celebris fuit hûm múm lûm, qui sub tá mîm vixit, imperante tiēn kì, ejusdem Dynastiæ decimo-sexto. Liber hic involucrorum est 2. volum. 12.

XLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 6. p. 369.

chúm 重
tím, 訂
chūn 春
cieū, 秋
çò 左
chuên, 傳
kiú 句
kiaì, 解

hoc est, *expositio verborum, genuinum τῶ* chūn cieū *sensum justè determinantium.* Alia est editio eorumdem *Confucii* Annalium, quæ primùm à Doctore quodam chū sīn appellato procurata est, sæculo 10. cum regnaret Familia súm. Deinde verò, imperante xún chí, magno τῶ kām hī patre denuò impressa est. Involucrum est unum, volumina verò quinque.

L.

Cat. Biblioth. Reg. n. 63. pag. 382.

Liber imperfectus, cujús inscriptio,

chūn 春
cieū, 秋

Ver & Autumnus. Pars est Libri à Confucio, de Regno lú scripti, & sic appellati. Vide supra. Est autem Commentariis ornata. 1. vol.

LI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 2. pag. 384.

çū
chí
tûm
kién
kām
mŏ.

habes supra characteres nº. 44.

Historia Sinica universalis, aut *Annales Sinici*, de verbo ad verbum, *adjuvantis gubernationem speculi principia*, seu quæ primò ab hominibus Rempublicam administrandam suscepturis discenda sunt, ut ipsis sæculorum priorum exempla, speculi loco inservire possint.

Liber hic, idem qui nº.44. Itaque illic vide, volum. est 120.

LII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 3. pag. 384.

sŭ, sŏ 續
çū 資

chí, 治

tūm 通

kièn, 鑑

kām 綱

mŏ. 目

Additio ad ſpeculum, ſeu *principia ſpeculi*, quæ ad gubernationem atque adminiſtrationem rerum dirigendam neceſſaria ſunt, comparata : iidem omnino Annales ſunt ; ſed in quibuſdam locis Commentario illuſtrati, & id, qui initio Tituli eſt character, indicat ſatis : nihil enim aliud eſt,quàm *addere* aut *ſupplere*. Vide clavem 120. tr. 15. & Dictionar. çū guéi tom. V. 1. *pag.* 170. 1. volumen.

LIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 4. *p.* 384.

Liber inſcriptus

ĉhūn 春

ĉiēu 秋

tá 大

ĉivên. 全

Libri à Confucio ſcripti, & ĉhūn ĉiēu, ſeu *Veris* & *Autumni* titulo editi, magna collectio. Cum de hoc Libro inter Regios, jam fusè egerim, nihil hic addendum mihi exiſtimo, niſi editionem eſſe pulcherrimam, Commentariis utique munitam litteralibus, & eodem, quo fú xú, ſermone, id eſt, facili, atque ex aliis Confucii Libris deſumpto ; præterea editionem eandem eſſe, id eſt, Imperatoris juſſu procuratam. Volumina ſunt 13. & debuêre eſſe 15. ſed deſunt primus & ſecundus.

LIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 5 *p.* 384.

Liber inſcriptus,

xoām 雙

yû 魚

civê 崖

yvên, 原

id eſt, τὸ xoām yû *collectionum fons* : quis xoām yû ? nondum deteximus. Notæ ſunt, ac propriè de Chronologiâ Sinicâ Diſceptationes.

Liber peſſimè exaratus, & eam ob cauſam, ferè ubique lectu difficillimus. vol. 1.

LV.

Cat. Bibl. Reg. n. 6. *p.* 384.

Liber inſcriptus,

lûn 綸

yn 音

chî 持

tièn, 典

id est, *Collectio* seu *Codex*, *ubi sumitur sensus rotationis* (*Temporum.*) Ita appellant Libros *Almanachicos*, seu *Kalendaria.* Volum. 1.

L V I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 7. p. 384.

Liber folii unius, sed longissimi, inscriptus,

taí 太

xám 上

sān 三

yuên 元

sān 三

pìn 品

sān 三

kuōn 官

fǎ 法

paò. 寶

Magistratuum superiorum, id est, *trium* yuên, *trium* pìn, *trium* kuōn *vocatorum ordo pretiosus.*

Agitur hîc de eo, quem inter se, & unà cum Imperatore egressi, servant Mandarini ordine, & ita pingitur eorum quasi processio. 1. volumen, gallicè *Rouleau.*

L V I I.

Cat. Bibl. Reg. n. 7. p. 392.

vên 文

hién 獻

tūm 通

kaò, 考

id est, *Examen generale* (*rerum Sinicarum*) *Litteratis oblatum.*

Hic

Hic Liber apud Sinas nominatissimus, & tomorum 100. ea ferè omnia complectitur, quibus Sinæ in Studiis suis, ad rerum gubernationem semper tendentibus, dant operam.

Primò, Imperatoris jussu denuò impressus est, ut in fronte annotatum.

Deinde, Præfationibus est ornatus numero 25. à 25. Authoribus & Litteratis, & iis ipsis, qui Historiarum Authores fuerunt, Scriptoribus: itaque cave *approbationum* eas loco æstimaris. *Dissertationes* sunt, omnes in hanc vel illam materiem, tum in Libris ipsorum, tum in hoc ipso tractatam, ita ut post eam, quæ prima omnium est, & de novâ editione agit, in quâ tamen eruditio etiam elucet, quod constat variis Confucii & aliorum Authorum citationibus, cæteræ omnes ad hanc vel illam rem elucidandam conspirent.

in secundâ ergo Præfatione, quæ est Authoris, ac proinde ad opus propriè pertinet, de Annalium Scriptoribus; loquitur, & appellat sú mà kūam ejusque Historiam tūm kién, item 17. Historicos, qui hîc nominantur, & de quibus aliàs à nobis facta mentio.: Item varias Historiarum collectiones, vel tién, vel xū nomine, quarum ætates ac tempora expendit. Postquam ergo in 25. illis Dissertationibus, de præcipuis Historiæ Sinicæ Authoribus egit, divisionem Operis hujusce totius subjungit, quæ est kivēn 247.

Multa igitur habet, 1°. de Historiâ Sinarum, ejusque authenticis, & per totum Imperium celebratis Scriptoribus, & cum diversis iidem Scriptores temporibus extiterint, eorum nomina, & exaratarum ab ipsis Historiarum, aut collectionum titulos indicare non habet satis, sed quæ à *posterioribus*, *priorum* elaboratæ sunt reprehensiones *criticæ*, eas etiam addit super, & plærumque abbreviandi causâ verborum sensum indicat, non rarò etiam verba eorum ipsa affert, atque ut lectu digna judices, quæ profectò ad justam Historiæ Sinicæ cognitionem omnino necessaria, scito hæc per kivēn, id est, Tractatus 52. excurrere.

Inde transit ad varia Imperii, ac præsertim Regiæ Urbis Tribunalia, quorum divisio alibi data est in sex.

1°.	lí pú.	*Officiorum publicorum Tribunal.*
2°.	hú pú.	*Subsidiorum Tribunal.*
3°.	lì pú.	*Rituum Tribunal.*
4°.	pīm pú.	*Militiæ Tribunal.*
5°.	hîm pú.	*Scelerum Tribunal.*
6°.	kūm pú.	*Artium Tribunal.* vid. Dict. in pú.

Sed ordo hîc paulò alius, & ponit Author:

1. Historiæ Tribunal.
2. Subsidiorum Tribunal.
3. Cæremoniarum, *seu* Rituum Tribunal.
4 Militiæ Tribunal.
5. Criminum Tribunal.
6. Artium Tribunal.

Et addit

7. Tribunal sìm *Reparationum.*

Quorum nuncupat Præsides. *Primùm*, xí lâm, &c.

Postea de Collegio hán lîn, ejusque Officiis ac Præsidibus agit.

Hinc ad *Militares* ascendit (kivēn 59.)

Kivēn 91. de *Imperatore*, ejusque *Aulâ* & *Aulæ officiis* differit.

Et cum *Religio* ubique in honore semper fuerit, (kivēn 91. & sequentibus) de *Templis*, eorumque ornatu & Ministris mentionem habet, imo de iis, quæ & mane & per diem facere debet Imperator.

Postea ad ejus Filios ac Principes transit. ibique de Regulis ac Regibus tributariis, & in Aulâ vivere solitis, loquitur.

Sequitur *Musica*, cujus harmoniam, tempora ac loca describit, à kivēn 128. usque ad 131. & inde ad 148.

Tandem (kivēn 149.) *Militiam*, ejusque & genera, & officia, & ordinem, & supplicia depingit.

Quo facto, ad Libros ac Litteraturam se accingit. Differit scilicet,
De yè kīm (kivēn 175. & 176.)
De xū kīm (kivēn 177.)
De xí kīm (kivēn 178. 179.)
De lí kí (kivēn 180. 181.)
De chūn ciēu (kivēn 182. 183.)
De lún yú & mêm çù (kivēn 184.

Quos Libros, in varios, ut fieri solet, Paragraphos dispertitur.

Tum de hiaó kīm, *seu* de obedientiâ & liberorum institutione. (kivēn 185.)
De yǒ kīm, *seu* de Musicâ (kivēn 186. &c.

Quæ etiam *educationis* pars, cum etiam inter legendum Orientalium, omnium

more cantillent Sinæ, & corpus huc illuc versent.

Collectis ac commemoratis Libris aliis quamplurimis, annotat nonnihil de *Astronomia.* Vide kivēn 281. Sic de *Solis, Lunæ* & *Stellarum* affectionibus, v. g. *Eclipsibus* tractat (à kivēn 282. usque ad 295.) & earumdem *Tempora* indicat, sub hoc vel illo Imperatore.

Denique ad *Elementa* delapsus (kivēn 296. ad 301.) non solùm de *aquâ, terrâ, igne, aere, ligno,* 5. Philosophorum Sinarum elementis, orationem instituit; sed & de variis eorumdem elementorum Appendicibus, quales sunt v. g. *herbæ, arbores, lapides, metalla, flores,* &c. *montes, colles, rupes, fluenta, tonitrua, grando, pluviæ, venti, Bestiæ, Insecta, Aves.*

Sed ne quid Lectoribus desit ad legendos Authores Sinicos, de antiquâ & novâ Geographiâ multa & curiosa congerit, ac præterea, quæcumque in Historiis fabulosis reperiuntur, sive de *Gigantibus*, sive de *Fœminarum* Regnis; sive de *Hominibus Pygmæis*, aut hoc vel alio modo deformatis, sive de *montibus* ac *rupibus igneis*, uno verbo, de *Gentibus*, aut *Urbibus*, aut *Regnis* quæ nunquam extitêre, sed a Poëtis Sinis, in Versibus aut Poëmatibus commemorantur, ea omnia Author summâ curâ & labore indefesso, in hoc præstantissimo opere contribuit, atque hinc opus ejus, rerum ad Sinam & Scriptores Sinicos pertinentium, quasi πανσπερμία. Est autem sic ordinata ejus methodus, ut quæ hic illic legit, tum in Annalibus, tum in Libris Canonicis, Classicis, aut aliûs generis cujuslibet, ea ed eos, in quibus accidêre, annos referat, v. g. ubi de *igne*, illatisque ab *igne* infortuniis agitur, ubi de *aquâ* & *aquæ* inundationibus, illic & varias *aquarum, marium, fluminum, lacuum,* &c. inundationes, & diversa diversis temporibus facta incendia, non solùm commemoret, sed eum Historiæ locum, ex quo illud hausit, appellet, annùmque hujus aut illius Imperatoris, hujus aut illius Dynastiæ indigitet, qui ejus ordo ferè ubique est observatus. Est autem vol. 100.

LVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 1. *p.* 427.

Liber inscriptus,

yû 御
chí 製
pĕ 百
kiā. 家

Nomina Familiarum Sinicarum ab ipso Imperatore in ordinem digesta. volum. 1. parvulum. pĕ est 100.

LIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 1. *pag.* 412.

Liber inscriptus,

çū 資
chí 治
tūm 通
kién, 鑑

id est, *Speculum universale, in quo repræsentantur magnorum Virorum res gestæ, unde disci potest ars regnandi.* Vide primùm, quæ annotavimus supra n°. 44. dici posset Imperii Sinici Historia generalis. Illa enim est in quam facta deinceps commentaria.

Cùm hîc Historiæ Sinicæ totius monumenta sint ampliora, id est, & Annales, quales in superioribus à nobis descripti sunt, perfectissimi, & præterea, ferè quæcumque ad eosdem Annales illustrandos facere possunt, ex omnibus Authoribus summâ curâ collecta, non abs re erit, novam hanc Messem ob oculos Lectorum proponere, ut, quàm industrios operarios requirat, animo tandem aliquo percipiant, itemque, quantam hinc & factorum & exemplorum cognitionem, sint in posterum comparaturi Europæi, si quando intellecta, ac penitius cognita hæc eadem monumenta fuerint.

Adest ergo omnium prima Historia generalis, eo quem vides titulo; sed hîc, ut in superioribus tituli sunt tres:
1. çû chí tūm kién.
2. çû chí tūm kién kām mŏ chìm piēn, de quo infra n°. 62. est.
3. sū *vel* sŏ çû chí tūm kién kām mŏ.
Sed hic tantum de primo agitur; & est volum 128. invol. 13.

LX.

Cat. Bibl. Reg. n. 8. *p.* 393.

Liber inscriptus,

çû
chí
tūm
kién.

Habes characteres supra n°. 59.

Hoc est, *Speculum commune* seu *universale ad fulciendam gubernationem.*

Hic çû est *inniti*, & chí *gubernatio*, primi Annales sunt, quales à sū mà kūam scriptæ fuerant, atque incipiunt ab anno primo τȣ̃ guēi liĕ vâm Imperatore, τῶν cheū 30. ante Christum 428. & continuantur usque ad annos τȣ̃ xí çūm, qui familiæ τῶν heū cheū, secundus & ultimus, anno post Christum 951. unde intervallum est annorum 1379. quod in Libri antecedentis Præfationibus accuratè annotatum; sed releges quæ n°. 44. dicta. De numero voluminum, vide supra n°. 59.

XLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 9. *p.* 393.

Liber inscriptus,

çû
chí
tūm
kién
kām
mŏ.

Habes characteres supra n°. 44. p. 377.

id est, *Speculi universalis ad fulciendam seu adjuvandam gubernationem ordinatio*, seu *repræsentatio.*

De numero voluminum vide n°. 44. supra. lin. 15.

LXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 3. *p.* 413.

Liber inscriptus,

çû 資
chí 治
tūm 通
kién 鑑
kām 綱
mŏ 目
chím 正

piēn. 編

Et

sŭ, sŏ
çū
chí
tūm
kién
kām
mŏ.

Partes ſunt Annalium, altera in quâ de ordine eventuum, ac Chronologiâ diſſeritur. invol. 1. vol. 8°.

Altera in quâ rei novæ ac prætermiſſæ adducuntur. invol. 3. vol. 30.

L X I I I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 4. pag. 413.

Liber inſcriptus,

tūm 通
kién 鑑
kí 記
sú. 事

78 tūm kién, ſeu *Hiſtoriæ Chronica*, quæ eo tantum tendunt, ut res geſtas, ad ſuum unamquamque tempus revocent; unde alium etiam titulum præ ſe ferunt, nempe mîm kī, elucidationes. Impreſſus regnante xún chí 78 kām hī deceſſore. invol. 2. vol. 20.

L X I V.

Cat. Bib. Reg. n. 2. p. 412.

Liber inſcriptus,

ćiēn 前
piēn 編
çū 資
chí 治
tūm 通
kién, 鑑

id eſt, *ad partium interiorum eventus*, aut *res geſtas*, *ſpeculum.*

Id eſt, de rebus antiquitùs geſtis, & temporibus Hiſtoriæ tūm kién vocatæ initia antecedentibus, ſpeculum itidem adminiſtrationi accommodatum.

Author ergo, ut alibi diximus, kīn gîn xān, Ivenidarum ætate, & Annales per annos 1930. eos nempe qui ab yaô ad guêi liĕ vâm lapſi erant, unâ ſerie contexit. Invol. 1. volum. 10.

L X V.

Cat. Bibl. Reg. n. 11. *p.* 394.

Liber inſcriptus,

tūm 通
kién 鑑

xĕ, xĭ

xě, xĭ 釋

vên 文

pién 辯

gú, 誤

id eſt, *quomodo explicent Litterati varia in Annalibus deficientia.*

Sunt hîc volumina tria, in quibus vel multi Annalium defectus ſupplentur, vel quædam non ſatis explicata, traduntur enucleatius. Si horumce Articulorum 8. 9. 10. 11. volumina quæſieris, ſunt, ut dixi n°. 6. vol. 410.

NUNC corpus quoddam eſt Hiſtoriæ Sinicæ, quod dicitur niên yě sú, id eſt, Hiſtorici 21.

Vidiſti autem ea Hiſtoriæ monumenta quæ generalia ſunt, & tempora Sinicæ Gentis ferè omnia complectuntur: fuimuſque hîc breviores, ideo quia de Annalibus ſigillatim, idque ampliſſimè ad Regios & Bignonianos Codices diximus.

Præceſſerunt igitur opera quinque magna, nunc per ordinem cætera indicabimus, ac primùm quidem de sù kĭ, id eſt, *Memoriis Hiſtoricorum* agendum eſt.

XLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 6. p. 413.

Liber inſcriptus,

sù 史

kĭ, 記

id eſt, *Memoria Hiſtorica.*

Hiſtoria hæc de tribus Familiis prioribus tractat, nempe de hiá chaô, de xâm *aliàs* ŷn chaô, de cheū chaô.

De Familiâ hiá, quam per annos 441. ab anno ante Æram vulgarem 2207. regnaſſe didicimus.

De Familiâ xâm, *ſeu* ŷn, quæ per annos 664. id eſt, ab anno ante Chriſtum 1766. ad annum 1123. duravit.

De Familiâ cheū, quæ per annos 874. id eſt, ab anno ante Chriſtum 1122. ad annum 249. principatum tenuit.

Incipit ergo ab hoâm tí quidem, ſed τȣ yaô *Diluvium* ſupponit, ejuſdemque inundationes deſcribit.

Author eſt ſú má ciên, cujus ſtylum & elegantiam prædicant Sinæ; ſed additi poſtea Commentarii à ſú má chĭm, qui ad fŏ hĭ uſque aſcendit, ac proinde τῶν hoâm tí, xaò haó, chuēn kiŏ, tí kŏ, yaô & xún monumenta admittit.

Adſunt autem, quæ ad *Cycli* ab hoâm tí inventi confirmationem pertinent, omnia, eaque fusè expoſita. Involucr. 2, volumina 14.

LXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 7. p. 413.

Liber inſcriptus,

çhiēn 前

hán 漢

xū 書

Hic Liber tractat de Familiâ quintâ, ſeu hán chaô, quæ regnavit per annos 425. ab anno 206. ante æram vulgarem, ad annum ejuſdem æræ 219. Vocatur autem Hiſtoria τῶν çhiēn hán, id eſt, τῶν hán anteriorum, idque propter τȣ̃ς heú hán, quos videbis poſtea inter ù taí, poſt annum Chriſti 906.

Impreſſio eadem, quæ in Hiſtoriâ τῶν cheū; ſed hæc ubique notis illuſtrata eſt

charactere minutiori.

Author puôn kú, qui ſcripſit, Dynaſtiâ τῶν hán Orientalium regnante, anno poſt Chriſtum 100. involucr. 3. voluminum 22.

LXVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 8. *pag.* 414.

Liber inſcriptus,

sān 三

kuĕ 國

xū. 書

Hiſtoria trium Regnorum, ſcilicet τοῖς hán, prioribus extinctis aut deturbatis, poſt annum Chriſti 219. Imperium in partes diviſum eſt tres, Regna igitur fuerunt 3. ſed quorum maximum *Septentrionale*. Inde eſt, quod Liber in tres etiam partes diſtributus ſit, quarum prima eſt, de

guēi, 魏

ſecunda de

vû, ú, gú, 吳

tertia de

gîn *vel* chŏ. 蜀

De guēi ſunt kivēn 30. de ú *vel* gú 20. de chŏ *vel* gîn 15.

Author appellatur chím xeù, qui vixit ſub cín anterioribus, poſt annum Chriſti 264. involucr. 1. vol. 10.

LXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 9. *p.* 414.

Liber inſcriptus,

cín 晉

chaô. 朝

Totus eſt de cín chaô, eorum ergo Imperatorum Familiâ, qui ab anno Chriſti 265. ad annum 419. nec confundendi ſunt cum cín illis qui τῶν cheū ſucceſſores fuerant, alio enim charactere ſcribuntur: unde priores ab Authoribus Europæis vulgò per *i* cín, poſterioris per *y* ſcribi ſolent.

Author hujus Hiſtoriæ ſâm taî çūm, nimirum quod apud Sinas vulgare, Dynaſtiæ τῶν ſâm ſecundus Fondator, vixit ergo anno Chriſti 627.

Cæterum Liber eodem titulo gaudet, quo cæteri ferè omnes, & vocatur cín xū; eſt autem voluminum plurimorum, nempe involucr. 3. volum. 26.

LXX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 10. *p.* 414.

Liber inſcriptus,

ſúm 宋

xū. 書

Res geſtæ à ſúm *Imperatoribus*: ſunt autem ii ſeptem, qui è Familiâ ſúm priori, nempe ab anno Chriſti 419. & per annos 59. regnavêre.

Differt autem ab aliâ illâ Hiſtoriâ quæ inſcribitur etiam ſúm xū, & eſt ſúm poſteriorum. Involucra 2. volumina 20.

LXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 11. *p.* 414.

Liber inſcriptus,

pĕ 北

çhî, çî 齊

xû, 書

id eſt, *res geſtæ Pekimi ab Imperatoribus* çî *Septentrionalibus*, ſcilicet per annos 23. quos duravit çî chaô, ab anno Chriſti 479. ad annum 501. (inter parvum ſúm chaô & leâm chaô anni 502.) Author sŏ çŭ hién, qui vixit regnante Familiâ tâm. Invol. 1. vol. 8.

LXXII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 12. *pag.* 414.

Liber inſcriptus,

nân 南

çî 齊

xû, 書

id eſt, *res geſtæ Nankimi ab Imperatoribus* çî *Meridionalibus*. Eodem tempore, Author quoque idem. Invol. 1. vol. 8.

LXXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 13. *pag.* 414.

Liber inſcriptus,

leâm 梁

chîn 陳

xû, 書

ſeu *Hiſtoria rerum à* τοῖς leâm, *&* *à* τοῖς chîn *geſtarum*.

Imperatores leâm vocati, quæ eſt Familia decima, regnarunt per annos 55. ab anno Chriſti 500. aut 502. ad annum 555.

Eos autem ſecuti & concomitati ſunt, qui è Familiâ chîn, ita ut eorum anni non computentur, & in annis 24. τοῦ vên tí, è τοῖς leâm ſecundi, comprehendantur.

Author tiaô sŭ lièn, qui nonniſi Familiâ tâm regnante ſcripſit. Invol. 1. vol. 13.

LXXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 14. *p.* 414.

Liber inſcriptus,

pĕ 北

sú. 史

Hiſtoria Septentrionalis, id eſt, res geſtæ *Pekimi*, cum Imperio diviſo ſederent illic Imperatores *Nankimenſium* adverſarii, quod factum eſt præſertim τῶν leâm & chîn temporibus. Multa etiam adducuntur, quæ ad peculiarem Urbis *Pekimi* Hiſtoriam pertineant.

Author

lì 李

yên 延

xeû, 壽

& fcripfit fub Imperatoribus iâm. in-vol. 3. volum. 26.

LXXV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 15. *pag.* 414.

Liber infcriptus

nân 南

sù. 史

Hiftoria Meridionalis. nân hîc intelligitur, & de *Meridie*, & *de Nankimo*, quæ Urbs Regia Meridionalis. Eft etiam hæc Hiftoria illorum eorumdem temporum, quæ à cî chaô ad iâm chaô tranfacta funt, nempe ab anno Chrifti 419. ad annum 618. Sic volumen primum eft de cî, volumen fecundum de chîn, & fic de cæteris, & vocantur cî puên kī, chîn puên kī, feu *Hiftoria peculiaris τῶν* chîn; cætera ejufdem Libri volumina titulum præ fe ferunt alium, nempe liĕ chuén, quafi diceres *Commentarius rerum difpofitivus*, & Differtationes funt in omnem ætatis illius Hiftoriam, in quâ proinde Genealogiæ quàmplurimæ, & fumma rerum geftarum cognitio. Volumen ultimum totum eft de Infulâ haì nân.

Author vixit poft annum Chrifti 618. fub Dynaftiâ iâm, & vocabatur lì yên xeû, idem qui fupra. Involucra funt 2. volum. 15.

LXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 16. *p.* 415.

Liber infcriptus,

fuî 隋

xû. 書

Norunt, qui Hiftoriam Sinicam legunt, Imperatores fuî, τοῖς leâm & chîn fucceffiffe, annis poft Chriftum 581, nec plures quam tres regnaffe vên tí, yâm tí, kūm tí. Hiftoria tamen eft longa fatis, atque eodem modo procedit, quo cæteræ præcedentes, ita ut 1°. Hiftoria τῶν fuî pofita fit, poftea fequatur Commentarius & Genealogiæ.

Author gueî chīm vocatus, & degebat fub τῶν iâm Dynaftiâ. Involucr. 2. volum. 16.

LXXVII.

Cat. Biblioth. Reg. n. 17. *pag.* 415.

Liber infcriptus,

iâm 唐

xû, 書

id eft, *Hiftoria τῶν* iâm.

Dynaftia hæc ab anno Chrifti 618. ad annum 906. per annos 289. regnavit. In primo volumine, quod fieri folet, Imperatorum ejus omnium feries genealogica exhibetur, itidem in fine, eorumdem Imperatorum anni oftenduntur ac conciliantur omnes. Author ngeû yâm fieû, qui vixit regnante Familiâ fûm. Invol. 4. vol. 43.

LXXVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 18. *pag.* 415.

Liber infcriptus,

à taî.

ù 五

tái. 代

Per ù tái, seu *Magnates quinque*, intelliguntur ii, qui post Familiam τῶν tâm Imperium rexerunt: sunt autem,

1. heú leâm
2. heú tâm
3. heû cýn
4. heú hán
5. heú cheū

idque per annos 53, ab anno Christi 906. ad annum 959. Unde sentis veteres illas Domos nondum destructas: hîc autem fiunt etiam duo, 1°. Adsunt uniuscujusque Familiæ monumenta & Historiæ, 2°. adduntur rerum gestarum dispositio & quasi concordia.

Initium capitur à τοῖς leâm, per cap. 5. tum sequuntur heú tâm per capita 2. postea cýn, quorum sān kuĕ præcessit cýn chaô per cap. 2. succedunt heú hán per cap. 1. deinde habentur heú cheū per cap. 1. quæ omnia titulum præ se ferunt puèn kī.

In Commentario eadem repetuntur, sed multò uberiora, & unà cum genealogiis amplissimis.

Veniunt ergo 1. Familiæ leâm series, quæ est personarum 19.

2. Familia τῶν heú tâm, quæ est personarum 39.

3. Familia τῶν cýn, quæ est 18.

4. Familia τῶν heú hán, quæ est 5.

5. Familia τῶν heú cheū, quæ est 19.

Et adduntur qui postea fuerunt inter *subditos* seu *Vassallos*, & miscellanea de iisdem Familiis plurima.

Author hujus Historiæ idem, qui Historiam τῶν tâm concinnavit,

ngeū 歐

yâm 陽

sieū, 修

& τῶν sūm Imperatorum temporibus scripsit. Invol. 1. vol. 7.

LXXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 19. p. 415.

heú 後

hán 漢

xū, 書

id est, *Historia* τῶν hán *posteriorum*, *cum generali* τῶν ú taí *nomine*.

Indicantur Dynastiæ illæ quinque: qui heú hán dicti, non nisi unum Imperatorem vulgò exhibent; sed plærique, illius turbulentæ ætatis Imperatores, unà simul regnarunt, dum series temporum ab hoc aut illo desumpta est; itaque in ordine Imperatorum Sinensium hîc designatur tantum kaō çū; sed in hoc de τοῖς heū hán volumine nominantur septem, quām vû tí, çúm hiaó mîm, &c. postea cum Domus τῶν hân magna semper fuisset, atque inter nobiles ferè prima, & tunc in Imperio existerent fœminæ quædam fortes, quod præsertim duris in rebus accidere solet: adducuntur etiam Imperatrices quindecim, quarum memorantur facta: tum sequuntur res numero infinitæ Historicæ ac Geographicæ, quas inter de Eclipsi Lunæ tum observatâ, mentio fit.

Author hujus Historiæ fán hòa, & partes, sicut eæ, quæ præcesserunt, habet duas, 1°. tí kī Imperatorum res gestas, & propriè Historiam. 2°. liĕ chuén, seu in eandem Historiam Commentarios, & rerum inter se conciliationem. Vixit autem fán hòa sub τοῖς sūm anterioribus, post annum Christi 420. Notæ & Scholia ubique inter-

ſperſa, Authorem habent kaó çû primum τῶ tâm chaô Imperatorem. Cæterum involucra ſunt 2. volum. 18.

LXXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 20. p. 415.

Liber inſcriptus,

cheū 周

xû, 書

qui propriè τῶν heú cheū; ad eos Imperatores ſpectat, qui ex antiquâ τῶν priorum cheū Familiâ, anno Chriſti circiter 351. inter ù taí ſolium etiam ipſi recuperarunt.

Deſcendebant autem, juxta Authorem, non ſolùm à veteribus cheū, quorum Fundator vù vâm, ſed ab ipſo xîn nûm, cujus nomen apud Sinas immortale, & ab ipſius fŏ hī temporibus venerandum. Hîc igitur genealogiæ ſunt temporum ferè omnium ampliſſimæ; ſed cum de ætatibus agatur remotiſſimis, nec ſine quâdam dubitatione hæc à quibuſdam admittantur, in cæteris Hiſtoricorum Libris, conciliatio & concordia ad finem remittitur. Hîc unicuique capiti, eodem tamen titulo liĕ chuĕn inſeruntur Notæ criticæ ac Diſſertationes.

Author hujus Hiſtoriæ vixit, regnantibus τοῖς ſúm, poſt annum Chriſti 960. & vocabatur lín kuā tĕ fuēn.

Sunt autem invol. 1. vol. 8.

LXXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 21. p. 416.

Liber inſcriptus,

hûm 弘

kièn 簡

lŭ. 錄

Rerum Hiſtoriæ Sinicæ appenſarum, & adjungendarum ſelecta deſcriptio.

Scilicet cum ſub τῶν tá mîm finem, Libri Hiſtorici quam plùrimi, ſubito incendio combuſti eſſent, timuerunt Imperatores, ne quid Hiſtoriæ univerſæ noceret ejuſmodi incendium, & ſtatim, ut damnum reſarciretur, nominati ab ipſis quidam Viri eruditi è Sinis Doctoribus, qui Hiſtorias deperditas hinc inde colligerent, ac compendio quodam traderent, ita ut hoc opus Dynaſtias novem repræſentet, nimirum τῶς ù taí, τῶς ſúm, τῶς leaó, τῶς kīn; unde hoc opere Hiſtoriæ Sinicæ acceſſit ſupplementum maximum: auctæ enim priores ſex, poſteriores duæ additæ, quæ duæ, non niſi obiter deſcriptæ illuc uſque fuerant. Opus ergo eſt, & longè maximum & ſummè neceſſarium, cum ea addat de leaô & kīn, id eſt, de Altunchanis, de Ginguiſchanidis, aliiſque ejuſmodi Tartaris, quæ Hiſtorici noſtri attigêre paululùm, & tu alibi, eâ, quâ oportet abundantiâ, fruſtra requireres.

In primo volumine, quod ſolet, genealogiæ ſunt Regnorum illorum omnium ampliſſimæ & exactiſſimæ. Author

chaó 郡

kīm 經

pām. 邦

Vid. Præf. 3. Impreſſio verò procurata anno τῶ kām hī 27.

Invol. ſunt 7. volum. 64.

LXXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 22. p. 416.

Liber inſcriptus,

sŏ 續
hûm 弘
kièn 簡
lŭ, 錄

id eſt, *Additiones ad Librum* hûm kièn lŭ; ſed aliud nomen præ ſe ferunt, ſcilicet,

yuên 元
sù 史
luý 類
piēn, 編

id eſt, *Rerum in Hiſtoriâ τῶν* yuên *inæqualium ac difficilium ordinatio.*

Sciunt nunc omnes poſt *Ginguiskani* mortem, ipſi ſucceſſiſſe *Cublaikanum*, eumque à Sinis appellari *ho pi lie*, & ejuſdem *ho pi lie*, ſeu *Kublai* ætate, cum nempe Bella, unà cum Sinis, præſertim *Namkimenſibus* gereret, ad ea loca acceſſiſſe Marcum Paulum Venetum. Itaque cum ſeditione tunc belliſque, propter Tartarorum irruptionem ferverent omnia, eſſentque apud Sinas, hinc Imperatores Sinenſes ipſi, illinc *Ginguiskani* ſucceſſores, & qui τῷ *Kublai* opitulabantur, & præterea domûs τῶν kīn altas jam radices illic egiſſet; non abs re eſt, quod titulum ejuſmodi Libro ſuo præfixerit hujus Hiſtoriæ Author Sina, cui nomen,

çín 進
vâm. 皇

Continet autem Tomus primus (videbis etiam penultimum) Regum ſeu Imperatorum Tartarorum Genealogias ac Succeſſiones. Invol. 2. vol. 16.

LXXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 23. *p.* 416.

Liber inſcriptus,

hoâm 皇
mîm 明
sù 史
kaí, 概

id eſt, *Radius, quo Hiſtoria τῶν* hoâm mîm *modii menſurantur atque æquantur.* Senſus eſt, Hiſtoriam Imperatorum taí mîm Familiæ immenſam eſſe, & ad hanc tamen menſuram breviari & redigi poſſe. Uno verbo erit, *Hiſtoria τῶν* tá mîm *compendiosè propoſita*: reverâ hîc res geſtæ Imperatorum hujus Familiæ omnium, ab hûm vù, ad ultimum uſque breviter exhibentur, quorum Catalogus voluminis primi partem conti-

net, cætera Hiſtoriam complectuntur. ſed nota, eum quem vides titulum, non niſi generalem eſſe & opus totum, idque unum, ex Authoris mente, in partes diviſum eſſe quinque; unde Libri exurgunt etiam quinque.

Primus ergo inſcriptus eſt, hoâm mîm sú kaí, in primæ partis capite; ſed titulus inferior eſt,

hoâm 皇
mîm 明
tá 大
chím 政
kí, 記

Id eſt, τῶν hoâm mîm, *Imperatorum* mîm *magnarum rerum geſtarum*, ſeu *rerum Regiè ac magnificè geſtarum memoria*, ſeu *Hiſtoria* in hoc rerum Militiæ ac domi geſtarum, narratio ſimplex ac ferè nuda. Et tamen Liber eſt ſat ponderoſus. Invol. 1. ſed volum. 12.

LXXXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 24. *pag.* 417.

Titulum præfert ejuſmodi,

hoâm 皇
mîm 明
tá 大
hiún 訓
kí, 記

id eſt, *Leges ab Imperatoribus*, *Dynaſtiæ* mîm *Viris*, *latæ*; nam vocis hiún hæc ſignificatio propria, ut *viris* non *fœminis* adaptetur. Eſt igitur quaſi Codex Legum per omne τῶν mîm tempus latarum, nec recedit Author ab eodem Regnorum ordine; unde hic novus, idemque *Imperatorum* Catalogus; ſed quod maximè obſervandum, quæ ad Libros ac Litteraturam, ſi fas ita loqui, pertinent, ea cæteris ubique antepoſita videre eſt, ita ut ab ipſis etiam Imperatoribus, non ſolùm hi aut illi Libri, ſed hujus aut illius Operis Præfationes emanaſſe dicantur.

Liber eſt invol. 1. volum. 7.

LXXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 25 *p.* 417.

Libri titulus eſt,

hoâm 皇
mîm 明
tá 大
sú 事

kí

kī, 記

id eſt, *Operum à magnificentiſſimâ τῶν* tá mîm *Dynaſtiâ factorum aut conſtructorum Hiſtoria.* Hîc quæ per omnes Sinici Imperii Provincias, regnantibus tá mîm, facta, conſtructa, ſtabilita, reædificata ſunt, quæ ad *Canales*, ad *flumina*, ad *fluvios*, ad *fontes*, ad *lacus*, ad *Hoſpitia* Mandarinorum, ad *Arces* Militum, ad *Vrbes* Bellicas, ad *Collegia*, &c. attinent, ea omnia breviter collecta leges. Adeſt autem rerum Libro contentarum Index in primo volumine, invol. 2. volum. 22.

LXXXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 26. pag. 417.

Liber inſcriptus,

hoâm 皇

mîm 明

kaī 開

kuĕ 國

chīn 臣

chuén; 傳

id eſt, *Commentatio Hiſtorica, in quâ oſtenditur, quomodo Vaſſallos & Regna extranea aperuerint*, id eſt, *aggreſſi occuparint Dynaſtiæ* mîm *magni Imperatores.* Hîc agitur de Bellis à mîm geſtis, ſive internis, ut *Vaſſalli* ad obedientiam redigerentur, ſive externis, ut *Hoſtes* debellarent. Præcedit hîc *Ducum* ac *Vaſſallorum* enumeratio ampliſſima, eſt autem invol. 1. vol. 6.

LXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 27. p. 417.

Liber inſcriptus,

hoâm 皇

mîm 明

ſún 遜

kuĕ 國

chīn 臣

chuén, 傳

id eſt, *Commentatio Hiſtorica, in quâ monſtratur, quomodo Regna quædam & Vaſſalli quidam, magnificæ τῶν* mîm *Dynaſtiæ, per ſe ipſi, nullo cogente ac libentiſſimè obedientiam jurarint ac præſtiterint.*

Pars hæc eodem involucro contenta eſt, ſed tomos continet tantummodo duos.

Atque hæc eſt rerum ab *hûm vú* & ſequentibus Imperatoribus geſtarum abbreviatio.

Author unus è ſummis Mandarinis. volum. 2.

LXXXVIII.

Cat. Bib. Reg. n. 12. *p.* 394.

Liber inſcriptus,

sān 三

kuĕ 國

chí, 志

id eſt, *Conatus trium Regnorum*, gallicè, *Les entrepriſes des trois Royaumes.*

Hiſtoria ejus temporis, quod duravit sān kuĕ, ſcilicet inter hán chaô, quod permanſerat 425. annis, & cýn chaô, quod duravit annos 155.

Fuit enim Regnum illud triplex, per annos 45. ab hién tí morte, ſeu anno Chriſti 190. uſque ad mortem heú ti, ſeu annum Chriſti 264.

Vide *Reflexions Critiques*, *pag.* 446. item notam ibidem pag. 423. & 455.

In hoc Libro, Hiſtoriam Regnorum illorum, claritatis causâ, præcedit Genealogia Principum, ſeu Magnatum de Imperio contendentium. Eſt autem Liber volum. 21.

LXXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 10. *p.* 395.

Liber inſcriptus,

ſúm 宋

yuên 元

tûm 通

kién. 鑑

Iidem Annales ſunt, qui hoc tomo titulum hunc præferunt, idque propterea quod de Familiâ ſúm illic agant, quaſi diceres τῶν Imperatorum è Familiâ ſúm. Ante hos tomos adeſt 1°. nova Præfatio. 2°. Oratio. ſatis longa de Hiſtoriis & Hiſtoricis præcedentibus, in quâ ſunt plurima lectu digniſſima, atque inter cætera, effatum illud apud Sinas vulgatiſſimum, Imperium Sinicum, non alio & alio modo, ut alia Regna, adminiſtratum unquam, ſed ab initio iiſdem ſemper uſum legibus. 3°. Poſtea Index eſt Imperatorum ejuſdem Familiæ ſúm omnium, ſcilicet à taí çhù, uſque ad tí pím.

Sequuntur autem in eodem Indice Imperatores *Ginguiskanidæ*, quorum primus non ipſe *Ginguiskan*, quem Sinæ nondum agnoverant, ſed xí çù, *aliàs* taí çù, *aliàs* iterum hŏ pí liĕ, apud nos *Cublai*, uſque ad ultimum eorumdem *Ginguiskanidarum* xún tí; ſic titulus, nonniſi decimum-nonum chaô, ſeu Familiam ſúm promittit; ſed Liber ipſe vigeſimam quoque Familiam τῶν yuen, *ſeu* Ginguiskani poſteros complectitur: hæc verò omnia proponuntur chronologicos, ita ut, ad Imperatoris uniuſcujuſque nomen apponantur anni, imò ad anni uniuſcujuſque facta, hic vel ille menſis indicetur.

Editio hæc, quæ non omnino nitida, annum præfert τῷ tiēn kì, *aliàs* hī çûm, Familiæ tá mîm decimi-ſexti, annum pīm ŷm, id eſt, tertium. involucr. 3. vol. 30.

XC.

Cat. Bibl. Reg. n. 5. *p.* 413.

Liber inſcriptus,

ſúm
yuên
tûm
kién.

Adſunt characteres n°. præcedenti.

Hiſtoria Imperatorum è Familiis ſúm & yuên. ſúm per annos 320. ab anno Chriſti 960. ad annum 1279. yuên ſeu

Ginguischanidarum per annos 88. ab anno Christi 1280. ad annum 1367. pertinet etiam ad Annales, eisque vulgò subjungitur.

Author fuit xaò kiā xān, idque regnante τῶν mîm Familiâ. Involucr. 3. volum. 30.

XCI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 28. *p.* 417.

Liber inscriptus,

tá 大
mîm 明
hoeì 會
tién, 典

quasi diceres, *Codices, queis omnia ad Imperatorum è Familiâ* tá mîm *pertinentia continentur.*

Jam inter Codices Missionariorum Extraneorum vidisti, qui eundem titulum præ se ferret, n°. 5. quod erat vol. 10. sed nihili est, si cum hoc, de quo nunc agimus Libro, contuleris. Opus enim est vastissimum, in quo habes quidquid à magnis illis Imperatoribus factum & imperatum, Leges eorum omnes quo tempore, quam ob causam, latæ, si quæ in 15. Provinciis factæ mutationes, si qua Templa ædificata, item Tribunalium omnium ordinem, Urbium omnium, præsertim *Pekimi* & *Nankimi*, politiam quoad Magistratus & summa Tribunalia, quicunque non solum in iisdem Urbibus, sed etiam per omne Imperium Magistratum exercuerint, quicumque Militiæ per omnes Urbes ac Provincias Præfecti: uno verbo, omnes omnino Magistratus, omnium omnino Urbium 1. 2. 3. ordinis, imo & Pagorum & Arcium singularium, itidem enumerationes Templorum, Collegiorum, Sacerdotum, & quod sequitur, earum, quæ in Sinâ Regiâ authoritate nituntur, Religionum, cultus, observationes, ipsas etiam ad unumquemque Deum Orationes, denique Litteratorum omnium nomina ac lucubrationes; ita ut in nullâ unquam Gente tanta, tamque accurata rerum ferè omnium descriptio facta sit.

Est autem involucr. 8. voluminum magnorum atque *in folio* 60.

XCII.

Cat. Bibl. Reg. n. 29. *p.* 418.

Liber inscriptus,

ván 萬
sím 姓
tùm 統
pù, 譜

id est, *Omnium cognominum Epitome & Liber Genealogicus.*

Ad Historiam quoque pertinet hoc opus, quod Sinarum ferè omnium Genealogias complectitur, magnorum quidem Virorum, præcipuè nomen, vitamque, quanquam breviusculè repræsentat, idque in omnibus facultatibus, Litteratorum scilicet, Imperatorum, Ducum, Artificum illustrium, ac Poëtarum, Musicorum, Architectorum, Fabrorum, &c. & sic de fŏ hī, niù và, & de sān taí, seu tribus primis Familiis hiá xām & cheū, de τῶν cheū & cŷn prosapiâ; sed his non contentus Author, nominum etiam combinationes maximè usitatas, idque & temporum omnium, & in variis Provinciis per characteres & characterum inter se conjunctiones, imo sæpe per varios tonos expendit.

Ordo idem per omnes Libri partes, præterquam in primâ, ubi est Virorum celeberrimorum enumeratio; nam in cæteris, nomina saltem per primum characterem, non rarò per duos characteres similia exhibentur, ita ut Dictionarii Historici loco esse possit. Indicat verò sub nomine viri uniuscujusque, Patriam, sæpe Parentes, aut Cognatos, si famosi fuerint, opera atque ætatem, id est, sæculum, imo in quibus divisum Imperium fuit temporibus, ubinam, & quonam regnante, vixerit.

Author liĕ taì ví vàm: Liber pessimè impressus. invol. 4. vol. 40.

XCIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 3. *pag.* 417.

Liber inscriptus

kù 古
kuă 刮
niù 女
ĉhuĕn, 傳

id est, *Fœminarum aut Mulierum illustrium Vitæ & commemoratio.*

Præfationes sunt quam plurimæ, ac de Fœminis, earumque virtutibus omnes, sed plæræque *characteres* exhibent variarum *scripturarum*, illarum dico *vetustarum*, quas nonnisi in Dictionariis difficillimis reperire est. Authorem id ad ostentationem fecisse nemo non judicabit. Tractat autem de Mulieribus illustribus fermè ad 130, quarum laudes ita persequitur, ut ad unamquamque imagines etiam rerum ab ipsâ factarum adducat.

Involucr. est 1. volum. 4.

XCIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 30. *p.* 418.

Liber inscriptus,

kuĕ 國
yú 語
kuĕ 國
çĕ, 策

id est, *Sermones de Regno*, *Regni Liber.* Ita vulgò hujus Operis titulus concipitur; sed in fronte additur,

pâm 旁
yún 訓
tŏ, tŭ 讀
puèn, 本

id est, *unà cum expositione laterali & additionibus singularibus.*

Libelli sunt antiquissimi, ejusque Authores ignorantur; certum est sub *τῶν* hán Dynastiâ jam tum extitisse, imò *antiquos* tunc temporis creditos, quum sub iisdem hán à lieú hiàm revisi ac recogniti sint.

Agunt

Agunt hi Libri de Imperio & Imperii rectè administrandi modo, quem exemplis ex antiquâ Historiâ desumptis politicè confirmant.

Editio hæc, kām hī regnante, procurata est, anno ejus 24. Involucr. 1. volum. 3.

XCV.

Cat. Biblioi. Reg. n. 14. *p.* 428.

Liber inscriptus,

lŏ, lŭ 六
chīn 臣
chù 註
vên 文
suèn. 選

Et brevius.

vên 文
suèn; 選

id est, *Numerus*, seu *Collectio variorum Eloquentiæ Operum*, quæ inter sex Vassallos edita, τῶν leâm ætate. Author fuit, aut potius Collector, qui Familiæ leâm, hæres Regius fuit

chaō 昭
mîm 明
taí 太
çù. 子

Præfationes Libri sunt multæ, in quèis de totâ collectione, ac præcipuè de Scriptoribus agitur; sunt verò & Editorum complurium, & Principis, seu τῦ chaō mîm ipsius; postea sequitur eorumdem Scriptorum enumeratio exactissima, quos Author in Poëtas, Philosophos, Politicos, &c. dispertitur. Ut in partes suas distingueretur Oratio unaquæque aut unumquodque Poema, additæ sunt in plærisque notæ commatum.

Facta Editio sub vān liĕ, & invol. 2. sed volum. 20. eorumque & magnorum & spissorum.

XCVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 2. *pag.* 427.

Liber inscriptus,

ngheū 歐
yâm 陽
sieū 修
vên 文

cië, 集

id est, *Collectio Scriptorum elegantium*, τš ngheū yâm sieū; Historiam composuit τῶν tâm & ù taí, vivebat autem imperantibus súm post annum Christi 960. Author est κριτικώτατος, de antiquis kīm, & multis aliis Authoribus loquitur sæpissimè, ac præterea elegantiâ est summâ. Invol. 2. panni admirabilis, volum. 24.



LIBRI APUD SINAS SACRI,

aliàs Canonici, aliàs Classici.

ANTEQUAM de hisce Libris, quinam sint, à quonam scripti, & cujusnam ætatis videantur, aperiam; docendum est, quinam eorum ordo sit, & quænam uniuscujusque generatim materies. Discat ergo Lector Libros Sinarum *Canonicos* aut *Classicos* numerari vulgò quinque tantum, sed à plærisque Authoribus, propter reverentiam Confucio semper habitam, addi huic eidem Canoni τὸν chŭn ćieū solere, reverà tamen non esse nisi quinque, atque ideo vocari ù kīm, quod est *Libri quinque*.

Sunt autem, ac nuncupantur hoc ordine,

1 yĕ kīm,
2 xū kīm,
3 xī kīm,
4 lì kí,
5 sū xū,

quarum appellationum significatio hæc est,

1. yĕ kīm,
Combinationum, seu *permutationum Liber*, quod in sequentibus latius exponetur tibi.

2 xū kīm,
quasi diceres, *Librorum*, seu *memoralium Liber*, est autem chronicus, aut melius *Liber ex aliis excerptus*, neque enim aliud hoc nomine voluerunt.

3 xī kīm,
Carminum Liber, quod veteres *Odas*, & *Carmina* de veterrimis Sinæ Imperatoribus, item de aliis quibusdam magnis Viris, Reginisque illustribus, imo & de Populorum moribus decantatas contineat.

4 lì kí,
Liber Rituum ac Ceremoniarum, in quo de variis Sinarum Ritibus, eorumque ratione, sive apud Imperatores & in Palatiis, sive apud privatos, atque in populis conversandi; nam apud Sinas, non modo suo quivis, neque ad arbitrium suum vivit, sed juxta mores, à primis Gentis Authoribus sancitos: neque ulla gens *Traditionum* suarum hâc in re, & ferè in omnibus tenacior.

Veniunt nunc,
5 sū xū,
seu *Libri quatuor*, in quibus inest moralis quædam Philosophia, non illa quidem disputatrix, ac litigatoria, quæ inter Græcos, Arabes, Majores nostros Scholasticos viguit, sed prudentiæ ac sapientiæ unicæ, & amatrix & sectatrix, ita ut per principia quædam, è sensu communi eruta incipiat, in sectaria, ad animi ac corporis directionem & conformationem, hoc est, hominem à ferino cultu & ineptitudine, ad mores humanos atque intelligentiam retrahendum pertinentia, desinat. Talis est hujus Philosophiæ Sinicæ ratio, à nostrâ omnino aliena. Atque hæc illa ediscenda tibi, antequam ad Libros ipsos amplius cognoscendos accederes.

XCVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 7. p. 370.

Liber inscriptus,

yĕ, ỹ 易
kīm 經
ćivên 全
chì, 旨

id eſt, τϛ̃ yĕ kīm, ſeu *Libri combinationum ampla & totalis expoſitio.*

Hic Liber inter Libros Canonicos primus, Authorem, ut traditio Sinarum eſt, antiquiſſimum Monarchiæ Sinicæ Fundatorem habet fŏ hī, atque in principio combinationes linearum exhibet 64. de quibus multa multi ſibi, tum inter Sinas, tum inter noſtros confinxêre.

1°. Certum eſt, aut ſaltem videtur, quæ eſt Gentis totius ab Avis, Atavisque, & quaſi à mundi Sinici exordio, conſenſio, Librum tunc exaratum, cum Litteræ adhuc nullæ eſſent, ne hieroglyphicæ quidem, unde manifeſtò rerum ferè antiquiſſimus.

2°. Quid per haſce *lineas* ab Authore fŏ hī deſignatum omnino fuerit, id verò vix ac ne vix quidem divinatur, alii ergo de naturâ ejuſque formatione ac combinationibus cogitavêre, quaſi Author non niſi rerum creatarum, vel *mutuos nexus, ſocietateſque*, vel *diſſociationes* ac *pugnas* hoc ænigmate indicaſſet, neque aliud deſcribere in animo habuiſſet, quam quod *Cælo, Terræ, Homini*, quæ *tria* Sinis Philoſophis maximè conſiderantur, ſolitum accidere: alii ad moralia, & Reipublicæ adminiſtrationem traxêre, quod cogitatu difficile ſatis, aut ſenſus admodum profundos contineret. Sunt etiam, qui ad *Magiam* neſcio quam, ac *prophetandi artem* reſpicere arbitrentur, indeque & *ſortes*, & omnium humanæ vitæ *actionum rationem* deducant, quæ apud Sinas turba plurima.

Homines ferè cunctos *divinationi* cuidam per ſortes dirigendæ addictos, res eſt per Authores antiquos frequentiſſima, eaque non apud Orientales & Perſas ſolùm, ſed etiam apud Græcos, Latinoſque: eundem ergo hunc morem apud Sinas vigere, qui Idololatriæ tenebris etiamnum offuſcati, aut etiam in hâc eâdem Gente ab omni memoriâ vigere potuiſſe, nemo inficias ierit; at eum in finem inventas à fŏ hī *lineas* Libri yĕ kīm, ex abuſu quanquam per Sinam vulgatiſſimo, cave inferendum omnino judices, quemadmodum enim Alcorani ope inter Mahummedanos: Veteris Teſtamenti variarumque Moſis aut Davidis ſectionum auxilio apud Judæos: item per ignorantiæ ſæcula, ex ſacris novi Inſtrumenti paginis, eventus rerum, variaſque hominum fortunas, prædici poſſe, multi arbitrati ſunt; imo in eoſdem Libros, in eundem uſum Annotationes ac Commentarios quidam conſcripſerunt; ſic apud Sinas *lineas* τϛ̃ yĕ kīm, eo conſilio inventas, ut divinationes, ac rerum futurarum prædictiones fierent, ſi qui dixerint: item quamquam inter Commentatores etiam ii compareant, qui de *Sortibus*, ac ſimili rerum ariolatione tractavêre: tamen, ne ob id quidem decidendum quidquam exiſtimem. Adderem ego, quot in uſus, Homeri & Virgilii Poëmata à veteribus aut illuſtrata, aut detorta? Jam verò Librum yĕ kīm, ante jacta Sinici Imperii fundamenta, ſcriptum, item à Patriarchis noſtris, verbi gratiâ, Henocho concinnatum, quomodo nonnulli putârunt, id verò in animum inducere quis potuerit? Quæ ab antiquis Authoribus mandata memoriæ, & quemadmodum, ex quovis in Virgilium aut Homerum commentario ethnico licet, atque ethnicis notis referto quidquid ſani eſt; item, ſicut ex antiquis Philoſophis, licet huic ætati fere odioſis, licèt ſyſtemata minus colligata offerentibus, quidquid à ratione conſequentis, iſtud ſine ullâ dubitatione haurimus: ita etiam è Libro yĕ kīm, ejuſque Commentariis, adoptanda, quæ ad Phyſicam ſpectant, ſuntque & numero complura & ingenioſè excogitata: repudianda, quæ ad *ſortes*, *artem*que illam *divinandi* ſuperſtitioſam collimare invenientur. De *Phyſicâ* dicuntur ȳn & yâm *frigus* & *calor*, rerum principia, ſeu, ut Cupletius tradit pag. 42. *imperfectum* & *perfectum*, ut cætera hujuſmodi, item de *ſortibus* ſunt pă kuā, 8. *ſortes*, & variæ extant ad hanc artem deſcriptæ tabellæ; ſed redeundum nobis, Libellus hic, à fŏ hī exaratus dicitur, annis, ut perhibent, ante Chriſtum 2961. figuras ejus 64. multis poſt ſæculis conatus eſt explicare Imperator vên vâm; ſed fecit breviter adeoque perobſcurè: at filius ejuſdem Imperatoris cheū kūm latiori quodam Commentario eaſdem illuſtravit; cum autem à Sinis, eæ figuræ tanquam Imperatoris antiquiſſimi ſimul ac ſapientiſſimi monumentum, abſtruſius licet ac procul dubio à quibuſdam etiam Philoſophis non ſemel attentatum, ſummâ curâ ſemper conſervatæ ſint, atque etiamnum ſummo in pretio habeantur: *Confucius notis* quoque ſuis eas adornare voluit. Sed, quò tendebat Philoſophi ingenium,

nium, plæraque de moribus ritè conformandis, homineque ad virtutem deducendo exposuit, & quas hinc inde, sive de Cælo, ejusque Domino, sive de tempestatibus per eundem Dominum, ad certum finem incessanter directis, interspersit Sententias, quas de *tonitru*, *ventis*, *pluviis*, *montibus*, *speluncis*, *fluviis*, ac cæteris ejusmodi Naturæ appendicibus, in eodem Commentario adjunxit, eæ semper ad rerum humanarum gubernationem tendunt, reciduntque.

At non eodem modo, saltem ubique, recentioribus Commentatoribus, iis præsertim qui Familiâ sûm imperante vixerunt, atque ad naturam referebant omnia, tractatus est hic Liber: plæraque enim illic ad Physicam relata; unde Liber Physicis & Naturæ Indagatoribus pretiosissimus. Quod si quis de ipsâ *linearum* formâ conqueratur, quæ non nisi *lineæ*, aliæ longæ, aliæ breviores, aliæ unicæ, aliæ duplices, aliæ integræ, aliæ sectæ; item de figuris 8. apud Sinas vocatis,

kiên	quæ designat	*Cælum*
tuì	quæ	*Aquas montium*
lî	quæ	*Ignem*
chĭn	quæ	*Tonitrua*
siuèn	quæ	*Ventos*
kàn	quæ	*Aquam*
kén	quæ	*Montes*
kuēn	quæ	*Terram*

Cùm toto Libro yĕ kīm, ejusque Commentariis profundius nihil, nihil quoque hîc mirum, etiam ex humanæ Gentis indole. Sciat 1°. Quæ antiquissima, ea ferè magni facere solet ac libentius amplexari. 2°. considerandus etiam veterum Magistrorum mos. Nam quæ de naturâ, ejusque partibus statuebant Philosophi, idque in Gentibus plærisque, ea simul involucris quibusdam vix ac ne vix quidem retegendis occultabant, sic quæ de Philosophiâ, ac naturâ, Theologiâque sublimiori cogitabant Hebræi, Chaldæique, ea inter se & in Scholis tantum agitabant; quod certum est item de Ægyptiis, & veteri Pythagoreorum, Ægyptios hâc in re imitantium Scholâ: quæ vulgatiora & populis ad Historiæ suæ cognitionem omnino necessaria, edebant in publicum; cætera diligentissimè occultabant. 3°. Ex ipsâ principiorum 2. ac figurarum 8. nuncupatione, unde postea 64. unaquæque iterum nomine suo à Doctis appellata, Naturam evidenter totam, ac proinde, eam quam nos dicimus *Physicam* exurgere, & revera quæ ad mundi systema, ad *Solem*, *Lunam*, *Astra*, *Meteora*, &c. pertinent, ea ferè omnia figurarum illarum 8. occasione deduci atque explicari. Sæculo Christi 13. à celeberrimo Doctore chū vên kūm Commentario quodam uberiori illustratus est yĕ. kīm. Editio autem hæc curata est, regnante kām hī, anno ejus 7°. quæ in vol. 1. volum. 3.

XCVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 8. *p.* 370.

Liber inscriptus,

yĕ, ÿ	易
kīm	經
çiĕ, çÿ	直
kiái.	解

In yĕ kīm, seu *Librum combinationum*, *variorum Commentarii.* Alia est editio Libri Canonici ejusdem; additi autem in hâc editione Commentarii Authorum duorum, alter supra, alter infra paginas; qui infra, is Authorem habet Philosophum vām sú kueī, qui infra, est à Philosopho chîm moêi compositus.

Vivebat autem Philosophus uterque sæculi 16. initio, & sub finem Familiæ tá mîm, & Liber impressus anno 1623. imperante ván liĕ, ejusdem Familiæ ultimo. In vol. 1. vol. 5.

XCIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 9. *pag.* 370.

Liber inscriptus,

yĕ 易
kīm 經
gĕ 日
kiàm, 講

id eſt, τȣ̃ yĕ kīm *expoſitio diurnalis.* Editio hæc propter impreſſionem magnifica & admirabilis, & á Doctoribus Collegii hán lîn, regnante kām hī, Commentario ornata; ſed cum vulgò ſit voluminum 16. deſunt 8. ac ſuperſunt 8. vol.

C.

Cat. Bibliot. Reg. n. 16. p. 394.

Liber inſcriptus,

yĕ 易
kīm 經
mûm 蒙
ŷn, 引

id eſt, *Introductio ad res occultas* τȣ̃ yĕ kīm.

Explicatio eſt rerum arcanarum in variis yĕ kīm *lineis* contentarum.

Editio charactere currenti, neque admodum eleganti. volum. 12.

CI.

Cat. Bibl. Reg. n. 19. p. 395.

Liber inſcriptus,

gĕ 日
kiàm 講
yĕ 易
kīm 經
kiaí 解
ý, 義

id eſt, *Diurnalis expoſitionis* τȣ̃ yĕ kīm *Commentarius & ſenſus.*

Relege quæ ſupra annotavimus n°. 97. de yĕ kīm, ejuſque ſenſu & Commentatoribus.

Hîc volumina ſunt 9.

CII.

Cat. Bibl. Reg. n. 17. p. 394.

Liber inſcriptus,

yú 御
chí 製

gě 日 kiàm 講 yě 易 kīm 經 kiaí 解 ý 義,

hoc eſt, *Senſus τȣ̃* yě kīm, *ad explicationem quotidianam magnificentiſſimi Imperatoris juſſu datus.* yú chí, ut alibi dictum, vel de Libris ad uſum Imperatoris dicitur, vel de Libris Imperatoris juſſu & authoritate publicatis. Eſt autem impreſſus anno kām hī 22. continetque Commentarios in yě kīm ampliſſimos. Volum. 7.

CIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 18. *p.* 395.

Item alius, impreſſione nitidiſſimâ, in quo idem gě kiàm, 2. volumina, quæ ſunt lûn yú, & mêm çù.

CIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 6. p. 428.

Liber inſcriptus,

yú 御

chí 製 cheū 周 yě 易 ťŷ 折 chūm 中

id eſt, cheū yě, ſeu yě kīm *τῶν* cheū, è *Typographiâ Imperiali, unà cum annotationibus.* Editio eſt magnificentiſſima à R. Patre *Premaro*, in honoris ac grati animi memoriam illuſtriſſimo Viro Johanni-Paulo *Bignon*, Bibliothecario Regio, miſſa, quamvis *τȣ̃* yě kīm Commentarii in Bibliothecâ Regiâ multi jam haberentur. *Charta* eſt multò majoris quam Editiones cæteræ, *characterum*, quales ferè ſunt in magno tá mîm hoéi tiēn. *Indicationes* Commentariorum, characteribus albis in fundo nigro, *textus* characteribus maximis; uno verbo, nitidiſſima ac pulcherrima omnia, ita tamen ut ad κú vên, qui inter Regios n°. 2. nondum attingat, cum illic characteres omnes ſint chím, id eſt, *recti*, hîc omnes ſint *proni*, atque ad ſcripturam accedant propius. Invol. eſt 2. panni ſerici ornatiſſimorum, volum. 10.

CV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 59. *p.* 422.

Liber inſcriptus,

yě 易

kīm 經

tá 大

civên, 全

id eft, τῦ yĕ kīm, feu *Libri mutationum & combinationum*, itemque *Commentariorum in eundem Librum exaratorum magna collectio.* De yĕ kīm non dicendum amplius, cum de eo fupra, n°. *97. 98.* & *99.* egerimus fatis.

Editio hæc à Collegii *hán lîn* Mandarinis procurata eft, *Kam hi* jubente, atque infpectore.

Titulus generalis eft ú kīm tá civên, τῶν ú kīm *magna collectio*, & revera in primâ Præfatione ejufdem mentio fit, tanquam fecundæ commentariorum à chū çù aliàs chū hī Scriptorum editionis.

Sed hoc ideo factum, quia yĕ kīm in capite effe folet; quod autem dicatur cheū yĕ, allufio eft ad yĕ kīm, tanquam ab antiquiffimâ Familiâ cheū traditum, cum in yĕ kīm commentarios ediderit cheū kūm.

Commentarios habuit fub fúm, τὸν *hu gan tim* & *hu chim kum*; fub mîm, xū húm yŏ; fub iifdem mîm, *yam xi kiao, lieu yuen van, cham çù chum.*

Sub cîm, feu Dynaftiâ hodiernâ, *vam hum chen*, qui figuras yĕ kīm explicare conatus eft. Item *ho kim* qui Doctores, τῶ *hán lîn*, Miniftro *li kuam ti* facti duce, invol. 1. vol. 12. Videbis alibi horumce nominum characteres.

C V I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 58. pag. 422.

Liber infcriptus,

cheū 周

yĕ 易

tî 折

chūm, 中

id eft, τῶ yĕ cheū, (yĕ *à* cheū *traditi*, *media compenfata*, id eft, *fufficientibus commentariis repleta & illuftrata.*

Commentarius ampliffimus in ultimis τῶ kām hī annis elaboratus, idque à Doctoribus Collegii hán lîn, & Præfide magno cŏ laò, feu primo Miniftro lì kuām tí.

Textus yĕ kīm eminet & litteris majoribus impreffus eft; Commentarii minori quidem charactere, & litterâ quafi pendente ac fufpenfâ, fed perfpicuâ fatis, & quæ lineas characteris uniufcujufque omnes repræfentet optimè; commentatio ubique triplex, & quadratis nigris, litterâ albâ indicata. Invol. 1. vol. 12.

C V I I.

Cat. Bibliot. Reg. n. 10. pag. 370.

Liber infcriptus,

xū 書

kīm 經

tá 大

civên, 全

id eft,

id eſt, *magna & totalis* τϑ xū kīm *collectio*.

Liber xū kīm de iis tractat potiſſimum, quæ à tempore Imperatorum yaô & xún, uſque ad chîm vâm, & tutorem ejus cheū kūm, per Legiſlatores mandata ſunt: Legiſlatores dico, neque enim eſt Hiſtoria hujus aut illius ſæculi; ſed ut alibi oſtendi, *Réflexions Critiques ſur les Hiſtoires des anciens Peuples*, *liv.* 3. *chap.* 21. item in Diſſertatione gallicâ *de Annalibus Sinarum*, excerpta ſunt tantummodo ex *Annalibus* tunc temporis, per tribunal hiſtoricum, jam inde ab yaô inſtitutum continuatis. Reperies ergo 1°. Librum xū kīm in libellos diviſum eſſe *ſex*; 2°. Moralem quodammodo magis quàm Hiſtoricum eſſe, & inde conſiliis ac monitis, de *Agriculturâ*, de Reipublicæ *gubernatione*, de *Artibus*, earumque *inventione* refertum, ſcilicet τϑ yaô Imperatoris ac Legiſlatoris ſapientiſſimi geſta, per annos ferè 100. quia ad regendum Imperium, atque edocendos Magiſtratus plæraque ſpectant, non ſine notis ubique politicis repræſentat. Multa de xún, ac præſertim de magno yū narrat, is enim ille eſt yū, quem perpetuò in ore ac ſcriptis habent Geographi Sinæ, cujus induſtriâ uſi erant yaô & xún, cum diluvium apud Sinas, ſub yaô maximum extitiſſet, qui aquis ejuſdem Diluvii in mare, ſummâ arte derivatis, Agriculturæ in Provinciis compluribus intermortuæ, loca tandem ſicca præſtitit, qui ſtellarum in cælo, & in unâquaque cæli parte fixarum, cognitione ſatis jam perfectâ, *diviſionem Imperii* ferè immenſi, in Provincias quindecim primus terminavit; atque hæc in duobus prioribus τϑ xū kīm Libellis, non ſine tantæ antiquitatis veneratione legere eſt. Agit Liber tertius de ſecundâ Familiâ xām, *aliàs* ȳn chaô dictâ, de impii kiě primæ Familiæ ultimi *ejectione*, quod annis ante Chriſtum 1766. aut circiter factum eſt, de cǒ laó chūm hoéi, ejuſque ad chîm tām & τϑ chîm tām nepotem taí kiā, directis *præceptis*, ut de ȳ ȳn nominis apud Sinas ſempiterni viro. Tum ſequitur *Oratio* Imperatoris puôn kēm, ejuſdem Familiæ 17. ad populos τϑ hoâm hō fluminis inundationibus moleſtatos, in quâ uniuſcujuſque, ex antiquo illo Legiſlatorum concionandi more, Officia & Privatorum, & Magiſtratuum refricantur, item magnorum virorum *fu yue* colai, Principis *vi çu ki*, atque aliûs colai *çu y*, documenta præclariſſima. Quæ Libellis poſterioribus tribus habentur, ea ad Familiam cheū, ſeu tertiam, pertinent omnia; comparet ergo illic & *vù vâm*, hujus Familiæ conditor, qui Sinas ſibi tunc nuper ſubjectos, orationibus nonnullis ad vitam rectè ac beatè ducendam adhortatur, & *cheu kum* Princeps, ac Regulus *ki çù*, alter Imperatoris vù vâm Frater, ac Tutor τϑ chîm vâm, vir propter integritatem ac ſapientiam commendatiſſimus, alter ob virtutem *Coreæ* Rex creatus. Hæc atque alia quædam in xū kīm enarrata, ex Annalibus illorum temporum deſumpta, quis non videt, cum præceptiones ſint meræ, nec vel Imperatorum ſe invicem conſequentium, res geſtas indicent; ſed ad hunc vel illum, pro ut exemplo ſuo, aut ad virtutem colendam, aut ad vitium declinandum idonei viſi ſunt, manifeſtè referantur?

Cæterum in eodem Libro mentio quoque fit eclipſeos cujuſdam, antiquis illis temporibus obſervatæ; de quâ, itemque aliis rebus Mathematicis, videſis *Cupletium*, *Soucietum* ac *Gaubilium*.

Commentariis autem illuſtratus eſt xū kīm ab Authoribus plurimis, inter quos celebres ſunt kūm ngān kuě, unus è *Confucii* nepotibus, iſque imperante apud Sinas kuām vù tí, ex Familiâ hán, & chām pǒ ſeu pū, ſæculo 15. dum Imperium teneret Familia tá mîm. Hîc autem primùm quidem antiquos τϑ kūm ngān kuě præcedentis commentarios denuò edidit, deinde etiam addidit ſuos, atque hinc eſt quod editionem ſuam inſcripſerit tá ćivên.

Involucra hîc ſunt duo tantum, ſed volumina 12.

CVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 60. *pag.* 423.

Liber inſcriptus,

xū
kīm
tá
ćivên.

Habes characteres n°. antecedenti.

Id eſt, τϑ xū kīm *magna collectio*, à Collegio

hán 翰

lîn, 林

idque authoritate Regiâ, & ſub τοῖς tá mîm, procurata, quod indicatur hîc & alibi multoties charactere

hoâm; 黃

ſed denuo edita ſub kām hī.

Adſunt autem Præfationes complures, in quibus de antiquiſſimis temporibus agitur, nempe de primis Imperii Sinici Habitatoribus, de vetuſtiſſimis Scriptoribus, &c. tum ad cheū kūm, atque illius ætatis Doctores deſcenditur, quos excipiunt alii innumerabiles. Poſtea loquuntur Authores de Philoſophis *Confucio*, *Memcio*, de iis qui ſub hán vixêre Doctis; tum multa addunt de chú hì, & iis, qui ſub ſúm degebant, Scriptoribus.

Præfationibus ſuccedit *Catalogus* ferè immenſus, eorum, qui in xū kīm commentati ſunt, Authorum, & præterea additur τῷ hoâm tí genealogia, & mappæ aliæ quàm plurimæ, ſive orbis, qualis tunc concipiebatur, ſive variorum inſtrumentorum, à primis illis Sinis repertorum. Sed vide quæ de xū kīm annotavi n°. præcedenti.
Invol. 1. vol. 16.

CIX.

Cat. Biblioth. Reg. n. 11. pag. 371.

Liber inſcriptus,

xū 書

kīm 經

cĭ 集

chuên, 傳

id eſt, *varii in* xū kīm *Commentarii.*

Hi Commentarii Authorem habuêre Doctorem çaì chìn; vixit autem çaì chìn, imperante Familiâ ſúm, & anno τῷ nîm çūm ejuſdem Familiæ 13. circa annum Chriſti 1190. impreſſuſque eſt annis poſtea ſat multis, nempe ſub finem Familiæ 21. tá mîm, idque ſæculi 17. initio, invol. 1. vol. 4.

CX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 21. p. 371.

Liber inſcriptus,

xū 書

kīm 經

chím 正

kiaì, 解

id eſt, τῷ xū kīm *recta expoſitio.*

Editio hæc Commentariis illuſtrata eſt duobus; prior, opus eſt Doctoris inter Sinas notiſſimi & maximi kūm ngān kuĕ; poſterior, à Doctore chuēn ſún concinnatus, ita ut in prioris commentarios ubique notas interſerat ſuas; unde exurgit Commentarius ferè triplex.

Impreſſus eſt anno Imperatoris kām hī 24. Itaque Chriſti 1685.
Involucr. 1. vol. 8.

CXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 12. *p.* 385.

Liber inſcriptus,

xām 尚

xū 書

kīm 經

tá 大

ciuên. 全

Xū kīm *Commentariis multorum Philoſophorum eximiis illuſtratus.*

Liber eſt Sinarum Canonicus, ut ſcis, & ſecundus; judicarunt plærique, quod antea annotavi, xū kīm Annalium Sinicorum πρωτοτυπον eſſe, ſed falſum id ego, & ſupra, & peculiari diſſertatione demonſtravi, imo ex Annalibus antiquorum temporum excerptum conſtat.

Editio hæc pulcherrima, & adornata eſt, ac correctâ à Mandarinis. Primum volumen totum in figuras inſumitur earum rerum, quæ ab antiquis hominibus Sinis inventæ: Sunt autem omnia volumina 12. Vide ſupra n°. 107.

CXII.

Cat. Bib. Reg. n. 13. *p.* 371.

Liber inſcriptus,

xī 詩

kīm, 經

Hoc eſt, *Odarum* ſeu *Verſuum Liber.* De eo hîc etiam dicendum paulò generalius; primùm quidem Librum hunc antiquiſſimum eſſe conſtat; pertinet enim totus ad Regna xām chaô, aliàs ȳn chaô, & ad cheū chaô, id eſt, ad tertiam & quartam Familiam Imperatoriam, quas in Sinâ non præceſſêre, niſi Familia hiâ & σ. Gentis Fundatores.

Deinde, ſciendùm tamen ad Familiam cheū referri Odas plæraſque.

Cæterum, cum jam antea Imperium in multas partes diviſum eſſet, ac ſub uno eodemque Imperatore Regna exiſterent plurima, cuncta nihilominus è Sinis conſtantia; illic mores conſpicias, Gentis ejuſdem & Provinciarum Imperii vetuſtiſſimi omnium, multaque legas, quæ ut eſt, ſemperque fuit Sinarum ingenium, ad virtutis laudem, graviter dicta, ſummâ quâdam veneratione ſemper amplectentur Sinæ; inſerta autem, lapſu temporum, ſpuria nonnulla, atque Odas, temporum priſcorum gravitate non ſat dignas, non diffitentur Interpretes; imo Fabulas Genealogiarum non veriſimiles, quòd nimiâ in Reges ac Magnates adulatione factum opinantur. Odæ numerantur 300. & quoniam *trecentorum illorum Poematiorum doctrinam totam eò duntaxat reduci ſtatuebat Confucius*, ne quid pravum aut turpe cogitetur, inde judicavit. Cupletius apocrypha illic ineſſe multa: reperiri enim impura quædam, quædam non ſatis pia in *Cælum* & *Deum*, à quibus priſca Odarum monumenta, eo Confucii teſtimonio adductus, omnino abhorruiſſe exiſtimat; ſed pace magni Viri, id etiam affirmare poſſumus, ſeveritatem hîc comparere nimis ſcrupuloſam, cum in Poëtis ex bonorum, malorumque permixtâ mentione, exempla ducantur eadem; atque ex vitiis aptè deſcriptis, atque etiam ineptè laudatis, ut ab iiſdem Poëtis, apud omnes Gentes factitatum, virtus una eademque ſemper veneranda non raro eluceſcat.

Authores harum Poëſeων illuſtriſſimi plærique; fuêre enim & *Imperatores*, & *Reginæ*, & *Miniſtri* celebres, ſic nonnullæ, Imperatorum vên vâm, vù vâm, chîm vâm, & ejus, quem jam

multoties appellavimus, cheū kúm nominibus, inſcriptæ ſunt; quæ res propter ſolitam virorum Principum apud Sinas eruditionem omninò veritati conſentanea; ſic nonnullæ etiam & à *Reginis*, & pro *Reginis* concinnatæ, quales fuêre τȣ̃ vên vâm & τȣ̃ vù vâm conjuges, fœminæ doctæ ac virtutis cultrices.

Quod ad *Verſuum* texturam, ac tam veterem *Poëticam* attinet, cum præter ea, quæ in Grammaticâ noſtrâ ſummatim attigimus, tractatum de Poëſi peculiarem emittere animus ſit, hoc loco id tantummodo annotandum nobis.

1°. Species *Carminum* varias eſſe nimirum ſex. 2°. Carmina plæraque è paucis ſyllabis, ac proinde characteribus compoſita. 3°. Ita diſtributum eſſe Librum xī kīm, ut quaſi ex materiæ ordine digeſtus ſit. 4°. ſicut apud Orientales cæteros, Hebræos, Arabas, Perſas, *phraſim* in multis *metaphoricam*, ita in plurimis etiam inveniri, 5°. inde ortam ſummam quandam *obſcuritatem* quam Sinæ *Commentariis*, *Notiſ*que diſſipare ſemper conati, 6°. atque hinc eſſe etiam profectò, quòd editiones hujus Libri multas, eaſque alias aliis auctiores publicarint.

Liber hic Commentarium habet Authoris celeberrimi chū vên kūm, eſtque denuo impreſſus, imperante τω̃ν tá mîm Familiâ, ineunte ſæculo Chriſti 16. Involucrum eſt 1. volum. 4.

CXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 14. *pag.* 371.

Liber inſcriptus

kién 監

puèn 本

xī 詩

kīm, 經

id eſt, *Liber* xī kīm, *è Typographiâ Imperiali*, *quæ vocatur* kién puèn.

Editio eſt in Urbe pĕ kīm, Imperatoris kām hī juſſu procurata, anno Chriſti 1685. kām hī 24. Involucrum 1. vol. 4.

CXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 61. *p.* 423.

Liber inſcriptus,

xī 詩

kīm 經

tá 大

çivên, 全

id eſt, *Odarum Libri Collectio magna*, ſeu *quæ Commentarios etiam repræſentat.*

Præfationes ſunt multorum Authorum, quos inter chū hī.

Figuræ ſunt rerum, de queis Odæ loquuntur, mirabilium.

Catalogi ſunt, & eorum qui in xī kīm ſcripſerunt Authorum, & eorum, de queis Oda unaquæque exponitur, Imperatorum.

Textus Libri ubique eminet, ſed eſt abſque ullâ virgulâ, ut & Commentarius, quod valde incommodum. Editio tamen kām hī tempore. Involucrum 1. volum. 10.

CXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 13. *p.* 385.

Liber inſcriptus,

xī 詩

chuēn tá çivên.

chuēn 傳

tá 大

ċiuên, 全

id eſt, *Verſuum & illuſtrium in Verſus ſeu Odas Commentariorum magna Collectio.*

Videbis 1°. quæ annotavimus n°. 112, 113, ubi Authores illorum Poëmatiorum noſti Imperatores, Imperatrices, Reges, Reginas, Adminiſtros Imperii, &c. quod ſi de Poëſi curam habueris, conſules *Grammaticam* noſtram ſub finem.

Moneo tamen editionem hanc, & ampliſſimam eſſe, & Commentariis ampliſſimis coornatam, idque ita ut Commentarii nunc litterales ſint, & quaſi interlineares, nunc per omnem Hiſtoriam divagentur, quo Poëſeωs ſenſus dilucidior fiat; unde in legendis ejuſmodi *annotationibus*, fructus non niſi maximus, ſive ad Poëſim cognoſcendam; hæc enim, licet vetuſta, apud Sinas veneratione quâdam acceptiſſima, ſive ad Hiſtoriam; nam hujus aut illius Verſûs occaſione, quæ ad Heroum facta, quæ ad virtutem, quæ ad Imperii gubernationem, ex omnibus omninò Authoribus, ex omnium temporum Hiſtoriis, exempla referuntur infinita. Volumina ſunt ejuſmodi 16.

CXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 15. *pag.* 372.

Liber inſcriptus,

lì 禮

kí 記

çĭ 集

xuĕ, 說

hoc eſt, *Varii diſcurſus in Librum Rituum*, ſeu *Officiorum.*

De lì kí Libro, Sinici Canonis quarto, animadvertenda quædam, 1°. Eum Libris conſtare decem, quorum collectio ex variis priſcorum Sinarum monumentis facta. 2°. *Confucio* vulgò tribui, quod tamen incertum eſt. 3°. Cum vulgò è traditione Antiquorum, in omnibus mores ſuos componant Sinæ: illic agi, non ſolùm de variis Religionibus, ac proin de Sacrificiis, de Templis, de Sacerdotibus, de Funeribus, de Aulis Defunctorum & privatis & publicis, quo apparatu, vel Imperatores, vel Reges, vel Magiſtratus, in ſuâ quiſque Urbe, aut ſacrificare, aut munera ſua obire oporteat; ſed etiam de officiis Liberorum erga parentes, Parentum erga Liberos, Subditorum erga Magiſtratus, Reges aut Imperatores, Magiſtratuum, Regum atque Imperatorum erga Populos, Diſcipulorum erga Magiſtros, ac vice verſâ; deinde Conjugum, Amicorum, Hoſpitum, imo de re Militari, de Muſicâ, ac de infinitis Artibus, ita ut omnia humanæ vitæ munera complectatur.

Cæterum poſt Confucium nonnulla eidem addita, non diffitentur Sinæ ipſi; & quòd quædam imperfecta videant, ad famoſum idem τȣ̃ xî hoâm tì incendium recurrunt: cur autem, niſi vel à Confucio, vel generatim à Majoribus ſuis, nihil niſi perfectiſſimum profectum eſſe arbitrantur? Authorem τȣ̃ lí kì præcipuum ſtatuunt, τὸν cheū kūm, Regis vên vâm Filium, Regis vù vâm Fratrem, Patruum ac Tutorem Regis chîm vâm, qui cheū kūm etiam Regni lù Princeps; ſed præterea à Confucio auctum ac locupletatum volunt.

Ab eo tempore lapſa res, ſeu vitæ regendæ cura, ad Philoſophos Confucii ſectatores, quorum unus chîm haô, imperante Familiâ ſúm, ſæculo Chriſti duodecimo, Librum hunc lì kí edidit; ſed impreſſus eſt denuò anno 1685. ſub kām hī. Continet invol. 2. vol. 10.

Mmmmm

CXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 16. p. 372.

Liber inscriptus,

lì
KÍ
cĭ, ciĕ
xuĕ,

Habes characteres n°. præcedenti.

Id est, *In Librum* lì kí, seu *Rituum & Officiorum Commentarius ad manum.*

Editio alia τȣ̃ lì kí unà cum Notis & Commentariis Doctoris vân ým kueĭ; hic autem florebat Imperantibus tá mîm, ejusque opus impressum est anno Christi 1626. τȣ̃ çûm chĭm anno 4. Involucr. est 1. volum. 4.

CXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 14. pag. 385.

Liber inscriptus,

lì 禮
kí 記
xuĕ 說
ý 義

Sensus Orationum, seu *Sermonum* τȣ̃ lì kí, seu *Cæremonialis*, aut quod idem est, *Liber Rituum explicatus.*

Repetantur hîc, quæ de lì kí dicta sunt n°. 116. & 117. necesse non est; scito id tu tantummodo, editionem hîc aliam esse, anno kām hī 14. publicatam, in quâ tomus primus, sed separatus, *Præfationes* de Officiis quàm plurimis continet, ubi multa de cheū kūm, & antiquis Sinarum Sapientibus.

Post Præfationes sequitur Index materiarum in lì kí contentarum.

In cæteris tomis, Liber ipse, nec sine Commentariis luculentis, & volumina debent esse 16. Sed reperiuntur tantum 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Et habentur 10. 11. 12. 13. 14. 15. Cum ergo 16. esse debeant, sunt tantum 15. deest 9.

CXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 62. p. 423.

Liber inscriptus,

lì 禮
kí 記
tá 大
çivên. 全

Et interius.

lì 禮
kí 記
ciĕ 集
xuĕ 說

tá 大

ċivên, 全

id eſt, *Magna τῶ* lì kí, ſeu *Libri de Ritibus collectio, unà cum diſtinctione Orationum.* Author hujus editionis vocabatur chîm haò.

De lì kí vide quæ annotavimus n°. 116. & 117.

Adſunt hîc Commentatorum, rerum, editionum Indices. in vol. 1. vol. 16.

CXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 17. *p.* 372.

Liber inſcriptus,

ſú 四

xû, 書

id eſt, *Libri quatuor.*

Hi ſunt, Libri quatuor, quos vulgò Confucii Libros appellamus. Vidiſti huc uſque, quid ſentiendum de yĕ kīm, de xû kīm, de xī kīm, de lì kí; ſi addatur ſú xû, erunt qui vulgò vocantur ú kīm, id eſt, quinque Libri; nam quod aliquando dicantur lŏ kīm, inde eſt, quod, ut diximus, chûn cieū non raro adjungatur.

Commendantur autem hi quatuor Libri, non ſolùm quod, quidquid in præcedentibus prudentiæ ac ſapientiæ eſt, graphicè repræſentent, ſed etiam, quod ad *Doctorrius* Sinici Gradus, ac proinde ad Magiſtratum apud Sinas admittatur nemo, niſi & ex illis unum colluerit, quem ipſi ad arbitrium ſuum ſeligunt, & hunc à capite ad calcem totum didicerit, ac memoriter teneat.

Dicunt tamen vulgo ideo nominari Libros quatuor, quia à Philoſophis 4. editi, qui ſunt *Confucius*, *kum fu çu*, primus Author, *çu çu*, aliàs *ſe tius*, *Confucii* Nepos, *çem çu*, ex aliâ Familiâ Philoſophus, *mem çu τῶ çu çu*, itidem *Confucii* Nepotis Diſcipulus: Ut ergo partes haſce quatuor cognoſcas,

Prima, quæ omninò *Confucii* nuncupatur tá hiŏ, *magna* ſeu *magnitudinis ſcientia*, quod alii *Magnatum*, alii *Adultorum* ſcientiam vertunt; quod ſi *Adultorum*, id nempe eſt, eorum qui *Ratione* ſuâ jam uti poſſunt; hic enim eſt Libri ſcopus, ut ex illo nobis innato lumine, inter homines per libidinum ac cupiditatum impetum ſæpius obfuſcato, animum ad ſe, ac proinde ad ſtatum, homine ratiocinante dignum reducat, indeque, tanquam è fonte, varia ejus officia, non quoad animum tantummodo, ſed etiam quoad corpus, cujus diſpoſitio ex animi ſtatu pendet, abſque difficultate aut ullâ repugnantiâ deriventur. Hæc autem non fiunt, niſi per Sententias gravitatis plenas, & aliquando etiam veterum Librorum, aut Hiſtoriarum authoritate ſuffultas.

Tá verò per Magnates malè converti cave credideris, namque etſi ad omnes homines rationi conformandos dirigatur Philoſophi Oratio, tamen ad Magiſtratus ac Reges præcipuè ſpectat, quod ex bonis Superiorum moribus, populos etiam ad meliorem frugem retrahi ubique inſinuet. Liber eſt profectò brevis, ſi molem, ſed ſi Majeſtatem quandam Philoſophicam ſpectes, admirabilis. Hæc autem pars *τῶν* ſú xû eſt omninò *Confucii*, ut dixi.

Secunda, quæ çù çù *τῶ* cēm çû, eſt chûm yûm, & eſt & tractat iterum de hominum *officio*, ſed ſcopus ex ipſâ ejus denominatione judicandus; nam chûm ſignat *medium*, & yûm *uſum*, *officium*que; eſt ergo Liber de illo *medio*, quod tantopere inculcavit Ariſtoteles, de aureâ illâ *mediocritate* quam ſuadet Horatius, aut de eo, quod Terentius in Proverbium convertit, ut *ne quid nimis.* Sed juxta Interpretes, quod tamen expendemus aliquando *κριτικωτέρως*, in hâc parte deſunt non pauca, & ſuperſunt tantum Libri longioris fragmenta. Adjudicatur etiam *Confucio.*

Pars tertia, ſeu lún yù, ſeu *ratiocinantium colloquia*, aut *ſermones*: in hoc nimirum Libro, ſermocinantur inter ſe Philoſophi, & multa de virtutibus, de vitiis diſſerunt, diſputantque, ſed bre-

viter, ac Sententiis quibusdam ponderosis, non longo orationum circuitu, nec per argumentationem scholasticam, hæc enim & quidquid ad ratiocinationem pertinet, quodammodo supponunt Sinæ, in plærisque operibus Philosophicis, ac per exempla & Historias sæpissimè docent: illic ergo de multis aliis Philosophis, non de Confucio solùm agitur, sed Heros tamen ubique *Confucius*, sive de virtutum exercitatione, sive de vitiorum culpatione ac fugâ, sive etiam de bonis ac malis Magistratibus, Regibus, Imperatoribus, seu denique de Reipublicæ gubernatione, exempla afferantur. Quæ omnia mêm çù collegit, ita ut sæpe Philosophorum antiquorum sermones ac verba, qualis fuit apud Orientales docendi mos, non rarò etiam ex eorum operibus excerpta quædam, memoriæ tradat. Hujus Libri *phrasis* nitidior ac simplicior quam priorum, ideoque ab incipientibus assiduè atque accuratè legatur, necesse est, ut & mêm çù, de quo nunc agendum.

Quarta pars igitur, cujus Author hic mêm çù, oratione itidem eleganti, (nam Confucium eloquentiâ vicit) *Moralis* etiam tota est, & si ad molem spectes, reliquas tres una æquat, scriptaque est annis post Confucium 100. τὸν mêm çù autem Discipulum τȣ̃ çú çù, Confucii nepotis, fuisse diximus, inde Doctrinam ubique eandem esse conjicis.

Et reverâ una eademque est, & à Sinis Doctoribus ita adoptata, ut ex his Libris, quos ideo *Classicos* vocant, ea depromantur omnia, quæ ad Gradus *Baccalaureatûs*, *Licentiatûs* & *Doctoratûs* consequendos, inserviant, quod nec mirum esse cuiquam debet, propter summam hujus Philosophi elegantiam ac subtilitatem.

Illinc etiam profecta cæterorum Sinicæ Gentis Scriptorum, tum veterum, tum recentiorum opera tot; sunt enim, fiuntque quotidie in hos eosdemque Libros numero infinita. Itaque Commentariis longe doctissimis illustrati olim prodiere, & à chū vên kūm & à multis aliis Philosophis, inter quos fuit chām kiaō chím Regni Administer ac Præceptor τȣ̃ ván liē, Familiæ tá mîm ultimi, quod in hâc editione conspicere est, eo scilicet consilio procuratâ, ut hujus Imperatoris tum *minoris* studia atque institutionem adjuvaret.

Est autem involucr. 2. vol. 12.

CXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 16. p. 386.

Liber inscriptus,

gě 日 kiàm 講 sù 四 xū 書 kiaì 解 ý, 義

id est, *Sensus explanatorius τȣ̃* sù xū *quatuor Librorum, ad explicationes quotidianas*, editus anno kām hī 16.

In Principio *Præfationis* sunt duo characteres yú chí, queis Imperatorum felicitas & magna in regnando virtus indicatur: id vulgò apponitur, cum Imperatorum jussu vel Liber, vel Editio publicatur. Vide supra n°. 1.

Præfatio hæc est magnifica, de antiquis Philosophis, eorumque doctrinâ ac virtutibus, de tá hiŏ, chūm yūm, lún yù, mêm çù; contendit etiam Author, additis τοῖς ú kīm, seu aliis quinque Libris Canonicis, Legem ac Doctrinam Sinarum totam componi.

Tum adsunt Doctorum tum *Pekimensium*, tum *Nankimensium* Approbationes & signa.

Postea in tá hiŏ incipit *Paraphrasis*, quæ facilis & quasi sermone familiari, certè ex aliis eorumdem Librorum locis desumptus

desumptus hic sermo, & methodo omnino commoda, atque à paragrapho ad Paragraphum progreditur. Vide numerum 120. ubi hujus editionis occasione, de Libro generatim locuti sumus. Cæterum volumina sunt 26. desunt tamen 3. 12. 13. 14. 16. 18. 22.

CXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 22. p. 395.

Liber inscriptus,

sīn 新
puón 判
fuēn 分
chàm 章
fuēn 分
çiě 節
sú 四
xū 書
chím 正
vên, 文

id est, sú xū, seu *Confucii Librorum apta & recta compositio, partibus eorum & paragraphis, novo quodam modo & judicio collocatis.*

Habetur hujusmodi tá hiŏ tantum, idque characteribus malè exaratis. Vol. 1.

CXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 23. p. 395.

Liber inscriptus,

cēm 增
pù 補
sú 四
xū 書
kiàm 講
ý 意
yĕ 一
kién 見

nêm 能

kiài, 解

id eſt, *Additiones & Supplementa ad Librum* sú xū kiàm, *ita ut uno intuitu intelligi ſenſus poſſit.*

Sunt autem Libri Confucii tá hiŏ, lûn yú, mêm çù, character eſt minutior, ſed nitidus, & commentarius facilis; ſed deſunt aliquot volumina, & ſunt hic 10.

CXXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 66. p. 424.

Liber inſcriptus,

sú 四

xū 書

chū 朱

çù 子

ý 異

tûm 同

tiâo 條

pién, 辯

id eſt, *Librorum quatuor loca differentia & ſimilia*, *à* chū hí *notata & conciliata.* tiâo pién propriè numerus præfixus.

Eſt ergo editio Librorum Confucii & mêm çù, unà cum concordiâ à chū vên kūm, ſeu chū hī concinnata, cujus Procurator

lì 李

poeî 裴

lîn, 㷠

chū çù, ut ſæpe dixi, vivebat ſub τῶν ſúm Dynaſtiâ: facta eſt Imperante kām hī, anno ejus 44.

Invol. 2. quorum prius Libros tá hiŏ & chūm yūm, poſterius mêm çù tantum; & deeſt lûn yù. vol. 14.

CXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 25. *p.* 395.

Liber inſcriptus,

tá 大

hiŏ 學

chím 正

vên, 文

id est, τὸ tá hiŏ *primi Libri Confuciani apta compositio.*

Apud Sinas inolevit opinio vetus, quæ Fabula, Libros olim incensos, idque illi incendio attributum, quod frequenti transcriptioni apud nos & verè datur; itaque reperti sunt multi, qui Paragraphorum Confucianorum ordinem quasi interversum repararent. Hinc illi Tituli. vol. 1. parvulum, & sat malè exaratum.

CXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 67. p. 424.

Liber inscriptus,

chām 張
kŏ 閣
laó 勞
chĕ 直
kiaì, 解

id est, τὸ *Colao cham textûs Librorum 4. explicatio sincera.*

Author ergo hujus explicationis

chām 張
kiū 居
chím, 正

qui primus Regni Administer, Imperantibus mîm.

In primo volumine est tá hiŏ
in secundo chūm yūn.
In 3. 4. 5. 6. 7. 8. lún yù.
In 9. & cæteris mêm çù.
Invol. 2. vol. 16.

CXXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 63. pag. 423.

Liber inscriptus,

chūn 春
cieū 秋
tá 大
civên, 全

ist est, *Libri à Confucio editi, & Veris atque Autumni nomine inscripti, collectio magna,* sive *unà cum variorum Commentariis.*

Quid sit chūn cieū, habes supra n°. 48. inter Libros Historicos, quod reverâ de Historiâ agat.

Hic eo ordine posuimus, in quo à Sinis vulgo ponitur, editus est sub kām hī, & interpres est fūm mûm sūm.

Est autem in primo volumine *Index* rerum amplissimus, imo dissectio & ordinatio *chronologica*, unà cum *Mappâ geographicâ* eorum, queis de, in chūn cieū agitur, locorum. Est involucr. 2. vol. 8.

CXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 13. *p.* 429.

Liber inſcriptus,

ĉhūn 春

cieū 秋

çò 左

ĉhuên, 傳

id eſt, *Ver & Autumnus*, ſeu opus *Confucii* ita vocatum, unà *cum Annotationibus & Commentariis à latere poſitis.* Commentarii ſunt variorum, ac præcipuè κúm ȳn tă. invol. 1. vol. 24.

CXXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 14. *p.* 429.

Liber inſcriptus,

ĉhūn 春

cieū 秋

kú 穀

leâm 梁

chuên 傳

ûlh 爾

yà 雅

id eſt, ĉhūn cieū, *unà cum annotationibus* τοῦ κù leâm, ſupra n°. 48. 49. 50. Invol. eſt unius & vol. 6. ſed quibus ſubjungitur ejuſdem τοῦ xĕ sān ultimum opus, quod vocavimus ûlh yà, & Dictionarium eſt antiquum. ejuſdem cum ſuperiori involucri, & vol. 2.

CXXX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 15. *p.* 429.

Liber inſcriptus,

ĉhūn 春

cieū 秋

κūm 公

yâm 羊

ĉhuên. 傳

Alius eſt commentarius in ĉhūn cieū. invol. 1. vol. 10.

CXXXI.

CXXXI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 16. pag. 429.

Liber inſcriptus,

mém 孟

çù, 子

lún 論

yù. 語

& hiaò 孝

kīm, 經

id eſt, *Liber τῦ* mém çù, *Liber* lún yù, *&* *Liber* hiaò kīm, ejuſdem editionis, & unà ſimul compacti, ſeu in eodem involucro.
Mém çù eſt voluminum 6.
Lún yù eſt voluminum 4.
Hiaò kīm eſt voluminis 1.

CXXXII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 68. pag. 424.

Liber inſcriptus

kūm 孔

xí 氏

kiā 家

yú. 語

De Familiâ & Domo Confucii, Oratio, ſeu *de Confucio, ejuſque verbis & apophtegmatibus.* Liber, quo vita Confucii tota, licèt breviter, ac præterea ejus Scientia Moralis, imò etiam de elementis ac naturâ opiniones. Involucrum 1. volum. 4.

CXXXIII.

Cat. Biblioth. Reg. n. 20. pag. 395.

Liber inſcriptus,

ù 五

kīm 經

pām 旁

hiún. 訓

id eſt, *Commentarius lateralis τῶν* ù-kīm, ſeu *quinque Librorum.*

Notæ ſunt marginales ad unumquemque Librum Canonicum; ſcilicet ad yĕ kīm, xū kīm, xī kīm, lì kí, sū xū & chūn cieū.

De quibus vide ſupra numeris 97. 106. 112. 116. 120.

Sunt ergo hîc ad yĕ kīm volumina 2.
Ad xū kīm volumen 1.
Ad xī kīm volumina 2.
Ad chūn cieū volumina 2.
Ad lì kí volumina 5.

CXXXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 21. *pag.* 395.

Liber inscriptus,

Xû kīm, lì kí, xī kīm & ćhūn ćieū, itidem pām hiûn, unà cum marginali, seu potius laterali commentario.

Sunt autem volumina
xû kīm 2.
xī kīm 1.
lì kí 3.
ćhūn ćieū 2.

Itaque vol. 8. nam desunt & yĕ kīm & sú xû hujus editionis.

CXXXV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 15. *pag.* 386.

Liber inscriptus,

kīm 經
yên 筵
xĕ 直
kiaí, 解

Hoc est, *In Libros Classicos expedita & vera expositio.*

Commentarius est duplex, in tá hiŏ, chūm yūm, lún yù & mém çù; alter est superior, inferior alter. Cæterum ex ipsius *Confucii* & *Memcii* verbis constantur, ut solet, sed tamen minus accuratè, & minus ad verbum quam gĕ kiām: chūm yūm est unà cum tá hiŏ in primo volumine. Liber verò impressus anno kām hī 22. sed ita ut characteres negligentius sculpti ac pessimè exarati sint; unde mala editio. Volum. 5.

Commentaria vulgò inscripta,

xĕ 十
sān 三
kīm 經

id est, *Libri* 13. *vulgò vocati* kīm. Etsi in hunc numerum relati sint, qui propriè non Canonici, unde exurgit numerus 13. Sunt autem ita compositi: in plærisque *Commentarius* & *Paraphrasis*, interpretatio vocatur.

chú *commentarius* 註
&
sū *penetratio.* 疏

Paraphrasis dicitur

chím *rectus* 正
ý. *sensus.* 義

In ipso commentarii corpore; primus ergo est.

CXXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 45. *p.* 421.

Liber inscriptus,

cheū 周

yě, 易

id eſt, yě τῶν cheū, aut à cheū kūm *olim illuſtratus.*

Qui Liber primùm unà cum interpretatione editus à

vàm 王

pí, 弼

ſub τῶν goéi Dynaſtiâ; poſtea etiam cum paraphraſi à

kùm 孔

ym 穎

tă 達

regnantibus tâm. Invol. 1. vol. 6.

CXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 46. *p.* 421.

Liber inſcriptus.

xū 書

kīm 經

Iterum unà cum chím ý, ſeu paraphraſi, Authore

kùm 孔

xí, 氏

qui ſub Dynaſtiâ τῶν hán vixit, & prætere a cum interpretatione ejuſdem kùm ỳm tă, ſub tâm factâ. Inſcriptio autem eſt xám xū kīm, ubi xám vel abbreviatus character, pro xám chaô, & erit τῶν xám xū kīm, quale à Dynaſtiâ xám traditus eſt, vel eſt pro *magnificentiâ*, & tunc erit, τὸ xū kīm editio magnifica: additur in plærifque *Commentarius* aliàs vocatus chuên. Involucrum 1. vol. 8.

CXXXVIII.

Cat. Bib. Reg. n. 47. *p.* 421.

Liber inſcriptus,

maò 毛

xī 詩

chú 註

sū, 疏

id eſt, xī kīm unà cum τὸ chím xí, chú sū, ſeu *Commentario*, & τὸ kùm ỳm tă, chìm ý, ſeu *Paraphraſi* ad rectum ſenſum; alter ſub hán, alter ſub tâm ſcripſit. Invol. 2. vol. 20.

CXXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 48. *p.* 421.

Liber inſcriptus,

Ooooo ij

ĉhūn 春

cieū, 秋

vel inſcriptus ĉhūn cieū çō chuên, id eſt, *Liber* ĉhūn cieū, ſeu *Veris & Autumni*, cujus Author Confucius, commentariis ad marginem illuſtratus ab hī hī kú.

In eo etiam reperitur commentarius à kūm ўm tă, qui ſub tâm, & paraphraſis hī hī kú, qui ſub hán. Involucr. 3. vol. 30.

CXL.

Cat. Bibl. Reg. n. 49. *p.* 421.

Liber inſcriprus,

kŭ 穀

leâm 梁

kím, 公

aliàs kú leâm.

Opus aliud, etiam in eundem ĉhūn cieū, cum çú sū, ſeu *commentario*, & chìm ў, ſeu *paraphraſi* ad ſenſum enucleandum. Commentarius eſt à fán nín çhī, & paraphraſis à

yâm 楊

sú 士

hiūn. 勛

Invol. 1. vol. 6. videtur imperfectus.

CXLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 50. *p.* 421.

Liber inſcriptus,

ĉhūn
cieū
kūm
yâm
ĉhuên.

Habes characteres ſupra n°. 130. *Commentarius* τς kūm yâm in ĉhūn cieū. Author *Commentarii* tú xì, qui ſub cýn, *paraphraſeos*, kūm ўm tà, qui ſub tâm vixit. Invol. 1. vol. 12. vid. çú xì, n°. 152.

CXLII.

Cat. Bibl. Reg. n. 51. *p.* 421.

Liber inſcriptus,

chēu 周

lì, 禮

Liber de Ritibus Sinarum antiquiſſimus.

Commentario & *paraphraſi* ornatus eſt; *Commentarius* Authorem habet chím xī, qui regnantibus hán vixit. *Paraphraſis*

kūm 公

yén 彥

sīn,

sū, 疏

qui ſub tâm.
Impreſſio facta eſt ſub çūm chín, anno ejus 12. invol. 1. vol. 9.

CXLIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 52. *p.* 422.

Liber inſcriptus,

lì 禮

kí 記

Liber lì kí, de quo vide ſupra n°. 116. 117. unà cum *Commentaris* τȣ̃ chím xî, hán regnantibus, & *Paraphraſi* τȣ̃ kūm ỳm tà, ſub tâm. Invol. 3. vol. 28.

CXLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 53. *p.* 422.

Liber inſcriptus,

ŷ 儀

lì 禮

Commentarius eſt à chím xî, hán regnantibus; *Paraphraſis* à

kià 賈

kūm 公

yén, 彥

ſub tâm. Volúmina 14.

CXLV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 54. *p.* 422.

Liber inſcriptus,

úlh 爾

hiá, 雅

id eſt, ùlh hiá *ad aurium ſenſum recta pronuntiatio*: Dictionarii neſcio quid, antiquum certè, kuó pù Author, erat ſub cýn: *Paraphraſten* habuit

ná 那

pìm, 昺

idque ſub ſúm; unde Liber vetus, ſed ordo *characterum* miſerrimus, ita ut hunc vel illum characterem & quærere & reperire difficillimum ſit, cum phraſes potius quædam explicatæ, qūam verum Dictionarium aut vocabularium videatur, ac præter nullus index ſubjectus ſit. Invol. 1. vol. 4.

CXLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 55. *p.* 422.

Liber inſcriptus,

hiaó 孝

kīm, 經

De obedientiâ filiali. Author fuit ná pìm, de quo fupra, & vixit fub fúm. vol. 1.

CXLVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 56. *pag.* 422.

Liber infcriptus,

lûn 論

yû. 語

Commentatores

hó 何

yeû 憂

fub Dynaftiâ guéi, &

ná 那

pìm, 昺

fub fúm, Invol. idem confequentis, fed vol. 4.

CXLVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 56. *p.* 422.

Liber infcriptus,

mém 孟

çú, 子

De quibus vide Commentatores

chaó 趙

xí, 氏

fub hán, &

fān 孫

xĕ, 奭

fub fúm.

Atque hæc funt volumina nuncupata xĕ sān kīm, Libri 13. quod reverâ pulchra fint, charactere quidem exiguo, fed nitido fatis.

CXLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 5. *p.* 428.

Lĭber infcriptus,

cheū 周

yĕ, 易

id eft, yĕ τῶν cheū, feu à cheū kūm *olim Commentario illuftratus*; unà cum

notis τῶ kũm ym tă, &c. eſt invol. 1. vol. 6.

Editio, cujus characteres non magni, ſed nitidiſſimi, & Liber τῶν xĕ sān kīm primus. Vide poſt numerum 135.

CL.

Cat. Bibliot. Reg. n. 7. p. 428.

Liber inſcriptus,

xâm 尚

xû, 書

id eſt, *Libri* xû kīm, *Editio magnifica*, quod jam obſervavimus ad xĕ sān, n. 137. Invol. eſt 1. vol. 8.

CLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 8. *p.* 428.

Liber inſcriptus,

maô 毛

xī 詩

chú 註

sû, 疏

id eſt, xī kīm *Commentarius illuſtratus*, Vide ſupra n°. 101. 102. & ſeq. Invol. 2. vol. 20. Editio eſt pulcherrima.

CLII.

Cat. Bibl. Reg. n. 9. *p.* 428.

Liber inſcriptus,

tú 杜

xī 詩

ċivĕn 全

ciĕ, 集

id eſt, τῶ xī kīm, ſeu *Libri Odarum*, omnes partes à tù, aliàs tù kũm, & lì, aliàs lì kín commentariis illuſtratæ, editio nova, in quâ Indices multi, tum Odarum, tum eorum, qui in eaſdem Odas ſcripſerunt, Authorum, ac præterea rerum ac Perſonarum, de quibus in iiſdem facta mentio eſt: additus eſt novus *Index* Chronologicus. Invol. 1. vol. 12.

CLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 10. *p.* 428.

Liber inſcriptus,

cheū 周

lì, 禮

id eſt, lì kīm, τῶν cheū, cui additi Commentarii & Paraphraſes, Authoribus Kũm yên, &c. Vide quæ ſupra annotavimus in xĕ sān kìm. Invol. eſt 2. vol. 16.

CLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 11. *p.* 429.

Liber inſcriptus,

lì 禮

kí 記

chím 正

ý 義

id eſt, τῦ ſi *verus ſenſus*, in quo τῦ kūm ỳm tă *Commentarii*, idem eſt qui ſupra inter xĕ sān. Invol. 2. vol. 24.

CLV.

Cat. Bibl. Reg. n. 29. *p.* 395.

Liber inſcriptus,

mém 孟

çù. 子

Pars eſt quarta Librorum Confucianorum, ſed peſſimè impreſſa. 1. vol. cæterum idem eſt, qui alibi *Commentarius.*

CLVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 64. *p.* 382.

Liber inſcriptus,

mém
çù.

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, mém çù, unà cum *Commentario* perpetuo. Liber imperfectus, vol. 1.

CLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 65. *p.* 382.

Liber Claſſicus vulgò dictus mém çû, unà cum antiquorum Magiſtrorum *Commentariis*. Propriè eſt τῦ Libri mém çù kivên 7.

Commentarius duplex eſt, & duplici charactere. Vol. 1.

De Jure & Officiis.



DE JURE ET OFFICIIS.

CLVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 41. *pag.* 377.

Liber infcriptus,

xim 聖

yü, 諭

id eft, *Sancta Inftitutio.*

Norunt omnes, qui Hiftoriam vel à limine falutarunt, in Orientalibus Regibus atque Imperatoribus fuperbiam femper fummam fuiffe, darique ipfis eos titulos, unde è cælo defcendiffe judicares : fic & olim & nunc Perfidis Reges, *Solis Filii*, fic Turcarum Sultanus, *Marium ac Terrarum Dominus fupremus*, quam jactantiam inter Chriftianos, non femel imitati etiam fumus. Itaque ab Imperatoribus Sinarum eum quoque morem affumptum, aut etiam ab initiis ufitatum, eo minus mirum effe debet, quo Imperium majus, latiufque. Monarcha ergo eft Imperator Sina, potentiffimus, Terrarumque folus partem fane optimam ac potentiffimam poffidet, præterea juffa ejus irrefragabilia, & quafi unus homo effet, ita, quæ in totâ Sinâ fiunt, ad ejus unius nutum geruntur, omnia. Addemus hîc quoque id ita infitum, atque in mente repofitum altius, Imperatoribus Sinarum cunctis, ut dum *Cæli Filios* à fubditis appellari fe non dedignantur, feipfos tamen eorumdem fubditorum *Patrem*, *Matrem*que nuncupent, quod nomen vigilantiâ fuâ, & fummo quodam erga eofdem fubditos amore, imo, quod alibi rariffimum, fcriptis eo confilio Libris, cum plærique Litterati fint, meritò confecutos conftat.

Inter tantos Imperatores, kām hī maximè illuftrem fuiffe itidem non negant, qui per longum illud, quo regnavit temporis fpatium, Sinas adiêre : illic enim non folùm Litteras florere in primis, ac per omnes Imperii partes, in fummo honore effe, verùm etiam tot Litteratorum gregibus, qui ex ipfâ Imperii conftitutione infiniti, fuiffe fciunt cognitionum ac Scientiarum gloriâ, fuperiorem Imperatore tanto neminem.

Inde opera generis cujufvis, Philofophorum, Poëtarum, Oratorum, Hiftoricorum, Politicorum, Artificum ac Mathematicorum, &c. ejus juffu recognita, ac denuò edita innumerabilia.

Inde fcripta ab ipfo etiam plurima, & elegantiffima & magnâ rerum ferè omnium cognitione refertiffima : fed qui eft illic regnandi fcopus, ut fingula Imperii membra, per tantum corpus munere unaquæque fuo ritè fungantur; præter varias aliûs generis lucubrationes, hanc quoque inftitutionem adornavit, quæ fummo in pretio habita eft, Sinafque omnes, ad honeftam vitæ rationem, brevi officiorum uniufcujufque conditionis expofitione traduceret : eft autem id uno hoc Libro executus.

In cujus decurfu, de variis Religionum Sinicarum Sententiis cum differat, non mirabitur Lector, fi quid, in Chriftianâ quoque Religione reprehendendum indicarit. kām hī enim, vir profectò maximus, atque inter Philofophos etiam magnos numerandus, quamquam Religionem Chriftianam, inter fubditos fuos jam repertam non contempferit, imo laudabili quâdam patientiâ crefcere in Imperio fuo fineret, quòd ejus dogmata ad virtutem ferant omnia, nec quidquam rectæ Regnorum gubernationi obftent, tamen cultum ac Religionem Mandarinicam profiteri non ceffavit, Litteratorum ipfe Princeps, non omnino Chriftianus.

Liber eft elegantiffimè impreffus, & volum. I.

CLIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 42. *pag.* 377.

Liber infcriptus,

fiaò 小

hiŏ. 學

seu titulo ampliori.

hiaó 孝

kīm 經

siaò 小

hiŏ 學

ciĕ 集

chú, 註

id est, *Parvulorum institutio*, seu *Liber obedientiæ, in quo, quidquid ad puerorum institutionem pertinet, continetur.*

Hic autem Liber non aliud, quam collectio ex ampliori tractatu, cujus titulus vên kūm kiā lì.

Jam vidisti supra vên kūm nomen esse, quo insigniri solet chū hī, qui aliter vulgò chū vên kūm, sed quod chū hī apud Sinas, inter Philosophos habeatur ferè summus, & de omnibus Litteraturæ partibus optimè meritus sit; idcircò quæ de morali disciplinâ, & rectâ morum conformitate scripsit, ea apud eosdem Sinas semper facta sunt maximi: atqui ad capita ferè quinque omnia à Sinis Philosophis relata sunt in *Moralibus*.

Tractant igitur 1°. De *officiis Principis* erga subditos, & vice versâ, de officiis subditorum erga Principem.

2°. De *officiis Parentum* erga liberos, & liberorum erga parentes suos, quâ de materiâ apud cæteras Gentes disseritur.

3°. De *officiis Viri* erga uxorem, & uxoris erga virum.

4°. De *officiis Fratrum* majorum erga fratres natu minores, quo in loco ea etiam officia enarrantur, quæ sunt *Superiorum* erga inferiores, & vice versâ, inferiorum erga superiores.

5°. De *officiis amicorum* inter se, & generatim civium, hoc est, hominum in eâdem republicâ, in eodem Imperio inter se viventium.

Hic Liber Authorem habuit chū û piē, sæculo Christi 13°, Imperante Familiâ súm 19. Impressus autem est sub kām hī, & volumina sunt 2.

CLX.

Cat. Bibl. Reg. n. 43. p. 377.

Liber inscriptus,

tá 大

çīm 清

lŭ, 律

id est, *Lex magnæ puritatis.*

Magnæ puritatis, seu tá çīm nomine, intelligunt eam, quæ nunc apud Sinas regnat, Familiam Tartaram: quo modo enim, qui præcessère Sinæ vocati sunt tá mîm, *magnæ claritatis*, ita qui nunc Imperium habent Tartari, dicuntur tá çīm, *magnæ puritatis.*

Hic Liber ab iis, qui Tribunali Rituum præsunt Mandarinis, conscriptus est, complectiturque varia Imperatoris xún chí & kām hī *Edicta*, & *Commentarios* ad ea stabilienda necessarios. Vol. est 6.

CLXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 17. p. 386.

Liber inscriptus,

hiaó 孝
kīm 經
yēn 衍
ý, 義

id eſt, τῶ hiaó kīm, ſeu *Libri de obedientiâ, ſenſus ad omnia exundans.* Hæc eſt enim vera vocis yēn notio.

Non repetam hoc loco, de officiis hîc agi, quæ apud Sinas habentur 5. Vide quæ annotavi ad eundem Librum n°. 159. vol. 1.

CLXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 47. p. 378.

Liber inſcriptus.

úl 二
xĕ 十
sú 四
hiaó, 孝

id eſt, τῶν 24. *obedientia.*

Fit hic mentio ampliſſima Antiquorum quorumdam magni nominis Virorum, qui veneratione erga Patres ſuos ac matres ſuas ſummâ & admirabili, toti Imperio admirationi fuerunt: explicatur, quî officia *obedientiæ* omnia Patribus ac Matribus præſtiterint, quæ apud Sinas laus maxima, non ſolùm in ſingulis ac privatis hominibus, ſed etiam in Magnatibus, Principibus, Imperatoribus ipſis; & hujus aut illius occaſione veniunt *Hiſtoriolæ* à Magiſtris puero unicuique accuratè inculcandæ, è quibus, tanquam exemplis obedire diſcant: quæ virtus reipſâ per totam Sinam mirum in modum exercetur, ita ut, quod apud nos tam frequens, in Sinâ, filius patri refractarius monſtri loco habeatur, & ſæpius hîc *furem* aut *latronem* reperire ſit, quam apud Sinas natum genitori inobſequentem. Vol. 1.

CLXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 64. p. 423.

Liber inſcriptus,

ý 義
lì 禮
kīm 經
chuên 傳
tūm 通
kiài, 解

id eſt, *Commentariorum* ý lì *explicatio generalis.*

Inter xĕ sān kīm n°. 144. habes ý lì kīm, unà cum *Paraphraſi & Commenta-*

rio ſub hân & tâm ſcriptis. Hîc Commentariorum eorumdem, & aliorum poſtea Scriptorum enarrationes vides ampliſſimas, idque ex *traditionibus*, quam vim infert vox ĉhuên hoc loco uſurpata; ſunt autem *Præfationes* plurimæ, in quibus de antiquâ Sinarum adminiſtratione, & variorum, quæ intra Sinam ſunt, Regnorum ritibus.

Annotabis autem poſt vol. 6. titulum eſſe paulò alium, ſcilicet

ỳ 義
lì 禮
ciĕ 集
ĉhuên, 傳

quaſi dicas τῶν ỳ lì *Sectionum & Articulorum partitio*, quæ per vol. 7. & 8. perpetua. Itaque involucr. 1. tituli 2. volum. 8.

CLXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 65. p. 424.

Liber inſcriptus,

ỳ 義
lì 禮
kīm 經

ĉhuên 傳
tūm 通
kiài 解
sŭ, sŏ, 續

id eſt, *Ad expoſitiones Commentariorum ac Traditionum in* ỳ lì kīm, *additiones ac ſupplementa.*

In hoc Libro, rerum ferè omnium, id eſt, omnium vitæ officiorum declaratio eſt, item quæ ad Religiones ac ſuperſtitiones Sinicas ſpectant: illîc ergo leges, quæ de xâm tì, de *Sole*, *Lunâ* ac *Stellis*, de variis *Terræ*, atque aliarum *Naturæ* partium Spiritibus, de *Sacrificiis* ab Imperatore Cælo ac Terræ faciendis, Sinæ & nunc & antiquitus agitarunt. Vide interim, quæ de lì kí annotavi n°. 116. 117. 118. 119. Involucra ſunt 2. vol. 16.

CLXV.

Cat. Bib. Reg. n. 12. p. 429.

Liber inſcriptus,

ỳ 義
lì, 禮

id eſt, *Liber* ỳ lì, in quo ſenſus τῦ lì kí aperitur, unà cum novo Commentario.

Idem eſt, qui impreſſus inter xĕ sān, n°. 144.

Involucrum 1. volumina 12.

CLXVI.

CLXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 44. *p.* 378.

Liber inſcriptus,

cîn 縉
xîn 紳
pién 便
lán, 覽

id eſt, *Eorum, qui ad Mandarinatum pervenerunt & magnum cingulum, commoda & ad manum inſpectio.*

Catalogus eſt omnium omnino Mandarinorum, ſeu Imperii Sinici Magiſtratuum. Imprimuntur hujuſmodi quotannis; ſed cum ſint Libri hice è genere Almanachico, ſæpe impreſſio eſt peſſima & abominanda, & talis eſt, quæ in hoc Libro conſpicitur. Cæterum Liber eſt per ſe curioſus ſatis, cum officia ſingula, ac præterea loca aſſignet, Imperiique hinc totius, quoad Magiſtratus & functiones Magiſtratuum mentionem faciat, eſt autem volum. I.

CLXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 15. *pag.* 394.

Liber inſcriptus,

tŏ 鐸
xŭ 書
hiún 訓
kiaì, 解

id eſt, *Expoſitio & explicatio rerum campanâ (dignarum.)* Senſus eſt, *earum rerum, ob quas ad Limen Regium accedere poſſunt Sinæ.*

Sciunt omnes negotia, vel potius ſcelera quædam eſſe, quorum causâ aditum ad ſe Reges ſubditis ſuis permittunt; ſic apud Sinas, à ſubjectorum ſuorum conſpectu non refugit Imperator, quoties urget neceſſitas. Sed hæc eſt Sinas inter & alios Populos differentia, quod Sinæ Imperatorem ipſum adeant non rarò, Imperatoris ipſius cauſâ, hoc eſt, ut ipſum de vitiis quibuſdam, aut peccatis reprehendant, idque etiam cum vitæ ſuæ periculo. Hujuſmodi reprehenſionum plenæ ejuſdem Gentis Hiſtoriæ. Impreſſio ſub kām hī, vol. I.



LIBRI THEOLOGICI.

CLXVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 57. *pag.* 381.

Liber inſcriptus

xím 聖
kiaó 教
sín 信
chím, 證

id eſt, *Sanctæ Religionis fidele teſtimonium.*

Liber hic nihil aliud, quàm Catalogus Patrum Societatis Jeſu, qui ab anno 1581. ad annum 1681. id eſt, per annos centum, in Sinâ Jeſu Chriſti Domini noſtri Fidem annuntiarunt, propagaruntque, ubi ſingulorum nomina, Patria, Prædicatio, Mors, Sepultura, Libri Sinicè editi, recenſentur. Optandum omnino eſſet, aut Reverendi Societatis Jeſu Patres iidem, aut cæteri aliarum Congregationum Miſſionarii, ſimilem ſuorum Catalogum ederent: ſic enim quæ à noſtris ad tantam Gentem convertendam facta, haberemus. Multa enim eximia, neque iis minora, quæ apud veteres Eccleſiæ Patres reperis, cum Græcos ac Latinos eruditione ac ſapientiâ omnino præcellat Sinica Gens, neque apud ipſam quidquam, niſi admodum Philoſophicè cogitatum dictumque valeat: cæterum Catalogos ejuſmodi maximè neceſſarios ſentiet, quiſquis id animum induxerit ſuum, ſtatim atque Imperium Sinicum introgredi volunt Miſſionarii, eâ omnes lege teneri, ut nomen Familiæ alicujus Sinicæ aſſumant, ac proinde antiquum Domûs ſuæ Nomen, aut permutent, aut ſaltem in aliud Sinicum, quàm fieri poſſunt, proximè accedens refingant. vol. 1.

CLXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 139. *p.* 411.

Liber inſcriprus,

tiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
xím 聖
gîn, jîn 人
hîm 行
xě, 實

id eſt, *Eorum, qui ſanctam Dei Legem prædicarunt, Virorum opera & actiones, ſeu vita.*

Hîc videre eſt, non ſine admiratione, ut in cæteris Libris, quantum Sinæ extraneorum nomina detorqueant, vix

enim ac ne vix quidem cognoſci poſſunt, qui hîc nuncupantur Apoſtoli.

Author Sacerdos è Societate Jeſu, volum. 1.

CLXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 54. p. 381.

Liber inſcriptus,

tiēn 天

chù 主

xĕ, xē 實

ý, 義

id eſt, *Cæli Domini, vera idea*, ſeu *expoſitio.*

Qui Librum hunc compoſuit, fuit R. P. Matthæus *Ricci*, vulgò *Riccius*, Vir profectò maximus, ſi quis unquam: hic ad Sinas ingreſſus, poſtquam per annos plurimos in Regionibus Meridionalibus vitam unà cum quibuſdam ſociis transegiſſet, *Pekimum* tandem anno 1598. delatus eſt; ſed & eam Urbem, propter Bella, relinquere coactus, tandem anno 1600. redux, ibi quoque Evangelium prædicavit: anno itaque ſalutis humanæ 1601. inquit Cupletius, menſe Januario, qui poſtremus erat menſis anni Sinici 28 Imperantis ván liĕ, ex Familiâ tá mîm, ordine decimi tertii. Ingreſſus *Pekimenſem* Regiam *Riccius*, obtulit munera Principi ván liĕ; cùm ea favore non vulgari ac libentiſſimè accepiſſet, accenſis omnium ſtudiis, ad novum hoſpitem conſalutandum convenêre certatim Sinæ cujuſcumque Ordinis ac Dignitatis; quibus inter ſermocinandum gratioſè ac comiter auditis, nonnulla ipſe primùm de tái kiĕ, poſtea de lì, deinde de xám tí apud veteres Scriptores memorato diſſeruit: tum de kūm, ſeu *vacuo*, de ȳn & yâm, *frigore* & *calore*, juxta plærosque, *Rerum principiis*, atque, ut uno verbo dicam, de variis Sectarum trium Dogmatibus, cum multa quotidie colloquendo enarraret, eo tandem adducta res eſt, ut, perſpectâ ſummâ illâ Sinarum omnium erga Majores ſuos reverentiâ, atque hâc opinione maximè permotus, apud Sinas homines ita *Traditioni* addictos, prædicationem Chriſti non admodum profuturam, niſi quid, illi ipſi prædicationi congruum, apud Majores ſuos reperirent. Ingenio *Riccius* laudabiliter audaci & ardentiſſimo, Mandarinis, hoc eſt, Litteratis Imperii totius id probare in animum induxit. 1°. Recentiores eſſe eas, quæ inter Sinas Philoſophos ætatis ſuæ defendebantur, Sententias. 2°. Eaſdem Sententias Antiquorum omnium Scriptis contrarias. Judicabat enim Riccius, quomodo apud Gentes, à Diluvio non omnino remotas, cultus Dei, ſaltem aliquandiu intactus, integerque remanſerat; ita apud Sinas, coloniam Noacho fere proximam, cognitionem veri Dei, per magna temporum ſpatia duraſſe; hinc, quia apud antiquos illos Authores xám tí nomen, quod Sinicè eſt, *Locorum altorum ſeu cæleſtium Imperator*, uſurpatum videbat; in Annalibus enim jam ab xún, id eſt, τῷ yaô Succeſſore, memorantur Sacrificia τῷ xám tí facta, & hoc ſcriptum eſt, ſi Cupletio crediderís, *à Regio illius temporis Scriptore, anno ante Chriſtum circiter* 2220. Addit, *Quare nunc, ſi placet, aliud in aliâ Orbis Gente monumentum vetuſtius, aut magis authenticum.*) putavit quoque Riccius, cum metaphoræ apud omnes in uſu ſint frequentiſſimo, Cælumque per alias Gentes pro Deo non rarò ſumptum, tiēn, eâ, quæ in ſcriptis Antiquorum non rarò invenitur *Cæli* voce, aliud nihil, quam Deum ipſum ſignificari, quod ipſis Authorum Sinicorum Dictionariis, verbi gratiâ, çù guêi & chím çù tūm, omninò confirmatur: ubi cum *vocis* tiēn, ſive *Cæli*, multiplex uſus & acceptiones afferantur, tum & hoc præter alia disertè traditur *litteram* tiēn, cum Cæli Dominum & Gubernatorem indicare volueris, aliâ item voce tí (id eſt) *ſupremi Imperatoris deſignari.* His, quæ jam dicta, omnibus adjiciebat, adoratos à Sinis eſſe *Spiritus* Fluminum ac Montium, item *Spiritus* Urbium *tutelares*, qui ſimpliciter chîm hoâm, *Muri & Foſſæ*, cum revera Sinæ non niſi murorum ac foſſarum cuſtodibus *Geniis* ſacri-

ficarint unquam. Hæc atque alia his similia affert Cupletius, ut vocem xám tí à *Riccio* è mortuis quasi suscitatam, de vero Cæli Imperatore, hoc est, vero Deo, ab antiquis usurpatam comprobet, dicitque editum esse ab eo Librum tiēn hiŏ xĕ hí, in ipsâ Imperii Aulâ, Imperantis ván liĕ anno 31. Cycli Sinici 72. anno 40. vocato kueì maò, & salutis nostræ 1603. quod verum.

At Liber hic noster, qui tiēn chù xĕ ý, *Cæli Domini vera idea*, seu *verus sensus*, eratque antea editus (vide Præfationem primam) tunc denuo publicatus est (quod videre itidem est Præfatione 3.) agit, quomodo plærique à Missionariis postea conscripti, de Dei naturâ, de Creatione, de Hominis origine, de Animæ immortalite, de Metempsychosi *Secta* táo, vel Pythagoricâ, de Paradiso post mortem Bonis præparato, &c. Cæterum apud Christianos Sinas in confesso est, cum Doctori Paulo sû kuām kì, Librum hunc legendum tradidisset *Riccius*, atque à Paulo animadversa quædam essent, quoad phrasim, non omnino Sinica, correctum ab eodem Paulo esse, antequam ederetur, imo in Dialogi formam redactum: De Pauli correctionibus lectum mihi nescio quid, & idem dici de Missionariorum omnium Operibus volebat *Hoamgius*, Libros eorum, non nisi Doctorum Sinarum auxilio elucubratos; atqui hoc ego de quibusdam necessariò credi, de omnibus negari existimo oportere. Ut redeam, ván liĕ est Familiæ tá mîm, seu 21ª. decimus quartus, sæculo Christi 16. Volumina hujus Libri sunt 2.

CLXXI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 41. *pag.* 390.

Liber inscriptus,

tiēn
chù
xĕ
ý,

Habes characteres supra nº. 170.

id est, *Cæli Domini vera intellectio, quid per Deum, aut nomine Dei, apud Sinas* tiēn chù *appellati, intelligendum sit?*

Hujus Libri, hîc non nisi secunda pars, sed tractatur de *Animâ rationali*, de ejus *reminiscentiâ*, de ejus naturâ à Brutarum animantium animis differenti: de tribus Metempsychoseos, juxta Indorum ac Bonziorum opiniones, gradibus: de cogitatione, eamque in cætera præter hominem animantia, non cadere: de alterâ post mortem vitâ, de Mundo futuro, id est, de Paradiso, Bonis, Inferno, Malis destinato: Libros Sinarum antiquos (cap. 28.) de iisdem locis non tacuisse; uno verbo, multa illîc de foĕ Sectâ, ejusque Dogmatibus, de Litteratorum xám tí, de Verbi Incarnatione apud Occidentales, de Missionariorum Prædicatione. 2. vol. Desideratur prima pars.

CLXXII.

Cat. Biblioth. Reg. n. 61. *pag.* 401.

Liber inscriptus,

tiēn
chù
xĕ
ý,

Adsunt characteres nº. 170.

id est, *Vera Dei notio.*

Opus illud nobilissimum Matthæi Riccii, è Societate Jesu Missionarii illustrissimi, qui Missionis Jesuitarum Sinicæ Fundator, atque omnibus apud Sinas Litteratorum honoribus decoratus est.

Editio hujus Libri multiplex: hæc autem charactere non tam magno, sed nitidior. Volumen 1.

CLXXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 62. *pag.* 401.

Liber inscriptus,

tiēn 天

hiŏ 學

xĕ ý.

xĕ 實

ý, 義

id eſt, *Cæli Scientiæ ſolidus ſenſus*, aut ex titulo inferiori, *Cæli Domini ſolidus ſenſus*. Editio ſecunda.

Liber eſt Matthæi Riccii, idem qui ſupra, vol. 1.

CLXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 122. *p.* 409.

Liber inſcriptus,

tiēn 天

chù 主

xím 聖

kiaó 教

ſiaò 小

ỳn, 引

id eſt, *Ad ſanctam Dei Legem parva introductio.*

Præparatio eſt ad Catechiſmum, idque fit, dum de Cæli & Terræ Creatore, dum internâ hominum conſcientiâ diſſertatur Author, qui Author non dicitur. Volum. 1. 2. exempl.

CLXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 76. *p.* 403.

Liber inſcriptus,

tiēn 天

chù 主

xím 聖

kiaó 教

yŏ 約

yên, 言

id eſt, *Sanctæ Dei Legis congregata verba*, ſeu *Sanctæ Legis abbreviatio & quaſi compendium.*

Yŏ *congregare in unum*, ita ut res conſpici tota poſſit. Eſt enimverò expoſitio Legis Divinæ Philoſophica & compendioſa, idque impreſſionis admirandæ. vol. 1. exemplaria 2.

CLXXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 25. *p.* 387.

Liber inſcriptus,

tiēn
chù
xím
kiaó
yŏ
yên,

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, *Sanctæ Dei Legis abbreviata*, aut *congregata verba*, ſeu *ſumma & conſpectus.*

Tractatulus eſt de Dei exiſtentiâ, Providentiâ, Legibus, ab uno è Miſſionariis Societatis Jeſu, volum. I.

CLXXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 97. p. 406.

Libellus inſcriptus,

tiēn
chù
xím
kiaó
yŏ
yên,

Characteres, ut antea n°. 175.

id eſt, *De ſanctâ Dei Lege verba abbreviata.*

Doctrinæ Chriſtianæ datur hîc ſynopſis. Author Sacerdos è Societate Jeſu. I. vol. 4. exempl.

CLXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 27. p. 388.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
kì 啟
mûm, 蒙

Inſtrumentum, id eſt, *Clavis ad aperiendam Dei Legem.*

Hic Liber Catechiſmus eſt, per modum Dialogi inter Magiſtrum & Diſcipulum, de Hominis Chriſtiani officiis. Author Miſſionarius è Societate Jeſu, vol. I.

CLXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 78. p. 403.

Liber inſcriptus,

xím 聖
kiaó 教
yaô 要
lì, 理

id eſt, *Sanctæ Dei Legis ſcopum rationi conſentaneum eſſe.*

Reſponſio quædam ad objectiones contra Legem Dei propoſitas. Author, è quâ ſit Familiâ, non deſignatur. vol. I. exemplar. 3.

CLXXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 79. p. 403.

Liber inſcriptus,

xím
kiaó
yaô
lì,

Habes characteres ſupra n°. 179.

id est, *Sanctæ Legis scopus & ratio.*

Parvus est Catechismus, & præcedens abbreviatus, 1. vol. exemp. 3.

CLXXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 103. *p.* 406.

Liber inscriptus,

çō 初

hoéi 會

uén 問

tă 答

id est, *Interrogationes & Responsiones ad Christianorum initiationem.*

Opus est à Franciscano compositum, ad erudiendos Catechumenos, in quo capitibus 14. quæ ad Christianum informandum, ea prosequitur, fusè satis. 1. vol. exemplar. 2.

CLXXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 120. *p.* 409.

Liber inscriptus,

tiēn 天

chù 主

xím 聖

kiaó 教

pĕ 百

vén 問

tă 答

id est, *Responsio ad Quæstiones centum, de sancta Dei Lege.*

Catechismus est, in quo Doctrina Christiana ferè tota, per Quæstiones & Responsa.

Author Sacerdos è Societate Jesu. vol. 1.

CLXXXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 28. *pag.* 382.

Liber inscriptus,

tiēn 天

chù 主

xím 聖

kiaó 教

hoă 豁

ỳ, nhỳ 疑

lûn, 論

id est, *Cæli Domini sanctæ Legis vallis perviæ & dubitationum, disceptatio.* Verti de verbo ad verbum, significatio est: *Sermonem* sive *Orationem hîc esse, de rebus iis, quæ sanctam Dei Legem non clausam teneant, sed quasi perviam vallem relinquant aut efficiant*, scilicet de xám tí, de taí kiĕ, hîc nonnulla proponuntur. vol. 1.

CLXXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 86. *p.* 404.

Liber inscriptus,

tiēn
chù
xím
kiaó
hoă
ỳ, nhỳ

Habes characteres n°. præcedenti.

id est, *De sanctâ Dei Lege perplexitates & dubia proposita.*

Agitur de tiēn, de xám tí, & ad controversias Sinicas pertinet. 1. vol.

CLXXXV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 36. *p.* 389.

Liber inscriptus,

tiēn 天

chù 主

xím 聖

kiaó 教

xĕ 十

kiaí 誡

kivén 勸

lûn 論

xím 聖

ciĕ, 蹟

id est, *Ad decem Præceptorum in sanctâ Dei Lege traditorum observationem, exhortatoriarum orationum sancti Loci, seu puncta, Prædicationi utilia.*

Liber est ab altero omnino diversus; cæterum *Loci* appellantur hîc, Rhetorum more, & sunt eæ, queis in Christianæ Religionis exhortationibus, Oratores aut Concionatores uti possint *materiæ* in certos locos digestæ: de variis Christianorum officiis agitur, idque juxta Mandatorum in Pentateucho memoratorum ordinem. Author Missionarius è Societate Jesu. 1. vol.

CLXXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 37. *p.* 389.

Liber inscriptus,

tiēn chù

tiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
xĕ 十
kiaí 誡
chīn 眞
ćivĕn, 詮

hoc eſt, *Cœli Domini* (ſeu *Dei*) *ſanctæ Legis decem Præceptorum vera expoſitio*, aut *eorum, quæ à Deo in ſanctâ ejus Lege data ſunt, Præceptorum decem vera expoſitio.*

Author Sacerdos è Societate Jeſu. volum. 1.

CLXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 139. *pag.* 411.

Liber inſcriptus,

xím 聖
kiaó 教
ćhŏ 撮
yaô, 要

id eſt, *Sanctæ Legis proſpectus & ſcopus.*

Author, qui Miſſionariorum extraneorum unus, de iis agit generatim quæ ad Dei cognitionem, creationem Mundi, Hominis formationem, Animæ immortalis conditionem, Fidei ſubſtantiam, &c. pertinent, refutatque Sectarum, ac præcipuè Sectæ *Foeanæ* errores, impreſſ. ſub kām hī, & optimè, vol. 1.

CLXXXVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 38. *pag.* 390.

Liber inſcriptus,

xím 聖
kiaó 教
kièn 簡
yaô, 要

id eſt, *Sanctæ Legis placita abbreviata.*

Summa eſt earum rerum, quas de Deo ſciri ac credi oportet.

Opuſculum à Miſſionario è Societate Jeſu concinnatum, atque optimè impreſſum, vol. 1.

CLXXXIX.

Cat. Bib. Reg. n. 92. p. 405.

Liber inſcriptus,

xím
kiaó
kiĕn
yaô,

Habes characteres ſupra n°. 188.

id eſt, *Sanctæ Legis placita abbreviata.*
Oratio eſt ſat brevis de Religione, ejuſque Dogmatibus. Author è Societate Jeſu, 1. vol. optimè impreſſum.

CXCX.

Cat. Bibl. Reg. n. 65. p. 401.

Liber inſcriptus,

chû 主
kiaó 教
yaô 要
chì, 旨

id eſt, *Dei Legis ſcopus & mandata*, ſeu *quid ſit, & quonam conſilio data ſit Dei Lex.*
Capitum eſt 12. quæ de naturâ & attributis Dei, de rerum origine, de hominis debitis, de bonarum actionum remuneratione, atque inde Paradiſo & Inferno. 1. vol.

CXCI.

Cat. Bibl. Reg. n. 66. p. 401.

Liber inſcriptus,

lûm 龐
çù 子
ŷ 遺
civên, 詮

id eſt, *Explicatio Symboli à* lûm çù.
Hîc Liber nihil aliud, quam Symboli Apoſtolici explicatio Theologica, cui additus eſt Tractatus de Angelis & Animâ rationali: Eſt igitur duorum kivên.
Author Miſſionarius è Societate Jeſu, *Hiſpanus*, cujus nomen Sinicum lûm çù. 2. vol.

CXCII.

Cat. Bibl. Reg. n. 39. p. 390.

Liber inſcriptus,

yùm 永
fŏ 福
tiēn 天
kiû, 衢

id eſt, *Æternæ Felicitatis in Cœlo poſſidendæ via, &c.*

Commentatio eſt in Symbolum Apoſtolorum, à Franciſcano edita, in quâ, quæ ad Fidem Chriſtianam ſpectant, omnia enarrantur. Characteribus eſt pulcherrimè ſculptis, & impreſſus kām hī anno 19. vol. 1.

CCXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 135. *p.* 411.

Liber inſcriptus,

yùm
fŏ
tiēn
kiû,

Habes characteres ſuprà n°. 192.

id eſt, *Æternæ Felicitatis, ac Cæli via*, ſeu *Modus*, *quo ad felicitatem æternam ac Cælum pervenire quis poſſit.*

Opus de Fide Chriſtianâ, variiſque ejus Articulis, exaratum, idque juxta ordinem Symboli.

Author Franciſcanus, 2. vol.

CXCIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 72. *p.* 402.

Liber inſcriptus,

xím 聖
kiaó 教
sú 四
kuēi, 規

id eſt, *Sanctæ Legis Regulæ quatuor.*

Agit de Mandatis Dei, quæ in partes dividit duas, alteram quæ ad Deum, Deique cultum; alteram quæ ad Homines, Hominumque inter ſe conſervationem ſpectet.

Author Sacerdos è Societate Jeſu, & à ſuis, aliiſque eſt approbatus. 1, volum. & exemplar duplex.

CXCV.

Cat. Bibl. Reg. n. 98. *p.* 406.

Liber inſcriptus.

xím 聖
kīm 經
chĕ 直
kiaí, 解

id eſt, *Librorum Sanctorum expoſitio vera & ſolida.* Titulus paulo aliter, nempe: *Domini noſtri, qui (e Cælo) deſcendit & natus eſt, Libri Sancti vera expoſitio.*

Hîc varia Scripturæ loca exponuntur, neque aliud fit per Librum totum, ſed juxta dies Feſtos, & prout ſe offerunt.

Præfatio eſt in Scripturæ commentationem. *Indices* in Feſtorum notitiam. Sculptus eſt Imperante çūm chīn. Volumina ſunt 8

CXCVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 102. *p.* 406.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主

kīm 經
kiaì, 解

id est, *Orationis Dominicæ explicatio*, seu *Commentarius in Orationem* Pater noster.

Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol.

CXCVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 33. *p.* 389.

Liber inscriptus,

mî 彌
să 撒
çí 祭
ý, 義

id est, *Missæ Sacrificii sensus aut explicatio.*

çí apud Sinas est *sacrificare*: voces duæ priores, ad hanc significationem, sonum tantummodo præbent, ut factum est de *animâ*, de jô sū, de *Mariâ*, de *Josepho*, &c.

Impressus est τῷ çūm chīn ætate, & Author è Societate Jesu Missionarius. 1. vol.

CXCVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 112. *p.* 407.

Liber inscriptus,

mî
sā
çí
ý,

Habes characteres supra n°. 197.

id est, *Missæ Sacrificii sensus & expositio.*

Tractatus est de nomine, origine, excellentiâ, ordinatione Missæ, & adduntur cap. 7. 8. 9. 10. de Sacrificio ac Sacrificii naturâ multa.

Composuit Sacerdos Italus, è Societatis Jesu Collegio, doctissimus, ac Librorum quorumdam jam supra memoratorum Author, idque çūm chīn, τῶν tá mîm ultimi temporibus, circa annum 1628. vol. 1.

CXCIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 121. *p.* 409.

Liber inscriprus,

çín 進
kiaó 教
lìm 領
sièn 洗
ciè 倢
lŏ, 録

id est, *Consensus* (Christianorum omnium) *eos, qui in Religionem admittuntur, baptisari statim oportere.*

Tractatus est de Baptismi necessitate, & differit de Trinitate, quatenus inter Baptismi

Baptiſmi verba, adhibentur *Pater*, *Filius*, *& Spiritus Sanctus*.

Author Miſſionarius è Divi Franciſci Familiâ, vol. 1.

CC.

Cat. Bibliot. Reg. n. 128. *pag.* 410.

Liber inſcriptus

tĭ, tiĕ 滌
çuí 罪
chím 正
kuēi, 規

id eſt, *Lavandi peccata recta Leges*.

Tractatus eſt de Baptiſmo & Pœnitentiâ, & hinc de Religione Chriſtianâ generatim, tum de Pœnitentiâ, quâ poſt Baptiſmum ac Regenerationem, ad conciliandam Dei benevolentiam utimur. Author, qui è Societate Jeſu, poſtquam in Præfatione de Fide egit, diſtinctis in varias ſpecies Gentis humanæ peccatis, allatiſque, tum ex morali diſciplinâ, tum ex Religione Chriſtianâ, auxiliis: quæ ad varia hominum delicta ſpectant, ea fusè perſequitur. 1. vol.

CCI.

Cat. Biblioth. Reg. n. 34. *pag.* 389.

Liber inſcriptus,

tĭ, tiĕ
çuí
chím
kuēi,

Adſunt characteres n°. 200.

id eſt, *Lavandorum peccatorum recta regula*.

Tractatus eſt de Baptiſmo, & præſertim de Pœnitentiâ, ſeu Confeſſione, capitum eſt fermè 38. Author Miſſionarius è Societate Jeſu. 1. vol.

CCII.

Cat. Bibl. Reg. n. 56. *p.* 400.

Liber inſcriptus,

xén 善
sēm 生
fŏ 福
chūm 終
chím 正
lú, 路

id eſt, *Via recta vitæ bonæ*, *& finis beati*.

Tractatus de vitæ Regulâ, & multis obſervationibus, tum quoad corpus, tum quoad animam.

Præfatio eſt de vitæ curſu ac fine ampliſſima, ubi de virtutis viâ. in ſecundâ parte afferuntur multa de Beatâ Virgine, ac de bonâ morte.

Author Sacerdos è Societate Jeſu. Liber *in*-4°. magno & optimè impreſſus. 1. vol.

Itidem Liber idem de bonæ mortis viâ, minori formâ: 2. exemplaria, ſed partis ſecundæ de Beatâ Virgine. 2. vol.

CCIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 58. *pag.* 400.

Liber inscriptus,

tî 提

chím 正

piēn, 編

id est, *Sermo, in quo Justitia exaltatur*, seu *Justitiæ veræ laudes.*

Author Jesuita Theologus, doctusque vir: In Præfatione agit de Peccato originis, atque Incarnationis necessitate. In Libro ipso, per kiuên, seu Sectiones 5. quæcumque ad Dogma primùm, & Dei attributa; deinde, quæ ad Virtutis cultum pertinet, breviter attingit. 1. vol.

CCIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 90. pag. 405.

Liber inscriptus,

tiēn 天

kiāi, 偕

id est, *Gradus Cæli.*

Agitur de variis Virtutibus ad Cælum hominem ducturis, quisquis eas coluerit. 1. vol. exemplaria 2.

CCV.

Cat. Bibl. Reg. n. 35. p. 397.

Liber inscriptus,

xĭ, xĕ, 十

guéi, 慰

id est, *Decem Consolationes.*

Liber est omnino Moralis, de iis, quæ homines tanquam fortunæ ac consolationis suæ fundamenta existimant, & amittunt tamen, quibus, ne iidem homines frangantur, opponuntur *Consolationes decem.* Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol.

CCVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 55. pag. 381.

Liber inscriptus,

çiĕ 七

kĕ, 克

id est, *Septem carnis afflictiones*, gallicè, *mortifications*, seu Tractatus de septem peccatis capitalibus, & iis, queis devitari possent, mediis.

Compositus est à R. Societatis Jesu Patribus. 1. vol.

CCVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 67. p. 401.

Liber inscriptus,

çiĕ
kĕ,

Habes characteres supra n°. 206.

id est, *Septem victoriæ*, seu *septem mortificationes, per quas vincere seipse homo potest.*

Liber à lûm çù, seu lûm yéu ngò, Jesuitâ Hispano, sic apud Sinas appellato, conscriptus. vol. 1.

CCVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 91. p. 405.

Liber inſcriptus,

yùm *æterni* 永
&
çán *temporalis* 暫
tīm *determinativum* 丁
hēm. *Librile.* 衡

id eſt, *Librile ſtateræ, æterna à temporalibus (ſuppliciis) determinans.*

Tractatus de igne Inferni perpetuo, & ſuppliciis Purgatorii deſituris. Impreſſus Imperatoris kām hī anno 35. 1. vol.

CCIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 132. *p.* 410.

Liber ſculptus apud Sinas, in quo etiam characteres quidam Sinici & Tartari, inſcriptus:

Brevis Relatio eorum, quæ ſpectant ad declarationem Sinarum Imperatoris kām hī, *circa Cæli, Confucii & Avorum cultum. Accedunt Primatum, doctiſſimorumque Virorum & antiquiſſimæ traditionis teſtimonia. Operâ Patrum Societatis Jeſu,* Pekimi *pro Evangelii propagatione laborantium.*

Librum ipſum, ſi quis inſpexerit, agit totus de cultu Cæli, Confucii, Avorum, de Sacrificiis in eorum Templo fieri ſolitis, quæ non niſi politica eſſe contendunt Authores, adducuntque ex multis Sinarum, & præſertim antiquorum Sinarum Libris teſtimonia, ex quibus xám tí & tiēn voces à Sinis, Dei ſignificatione acceptas volunt. 2. vol. exemplaria 2.

CCX.

Cat. Bibl. Reg. n. 134. *p.* 411.

Liber inſcriptus,

chím 正
hiŏ 學
lieû 鏐
xĕ, 石

id eſt, *Pumex*, ſeu (*la Pierre de touche*) *rectæ ſcientiæ.*

Liber eſt à Franciſcano compoſitus, de verâ Religionis Chriſtianæ ſcientiâ, & eas præcipuè quæſtiones tractat, quæ controverſias in Sinâ movêre, an tiēn chù, ſeu *Deus*, dici poſſit xám tì, an hîm tiēn, an lì kí, &c. Capitum eſt paucorum, ſed eâ de re multa habet lectu digna. 1. vol.

CCXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 133. *p.* 410.

Liber inſcriptus,

xín 慎
sū 思
lŏ, 錄

id eſt, *Diligentis cogitationis aſſenſus*, ſeu *ingenii acutè & accuratè cogitantis aſſenſus.*

Liber eſt totus de xám tí, & contro-

versiis Sinicis : Author Missionariorum eorum aliquis, qui vocantur hoaî kiaó : Vide ergo, quæ affert de xám tí, de tiēn, aliisque vocibus olim inter Christianos communibus, nunc cautius usurpari solitis, ex quo scilicet natæ illæ quæstiones, de queis differere nostrûm non est, præsertim hoc loco. Vidimus jam opera in eam rem plurima. tom. 1. vol. 1.

CCXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 63. p. 401.

Liber inscriptus,

chīn 眞
chù 主
lîm 靈
sím 性
lì 理
chím, 證

id est, *Demonstratio per rationem, veri Dei naturam, esse intellectualem.*

Ad hanc demonstrationem partes naturæ omnes, generationem Animantium omnium in auxilium advocat. Author è Societate Jesu Sacerdos. 1. vol.

CCXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 64. p. 401.

Liber inscriptus,

chù 主
chí 制
kiûn 羣
chím, 徵

id est, *Res omnes à Deo summâ curâ gubernari ac dirigi, probatio,* seu *oratio comprobans.*

Chí & kiûn, his characteribus sunt prius *gubernare, dirigere,* & posterius, *accuratè* ac *diligenter.*

Reipsâ naturam omnino omnem excutit Author, & hinc Providentiam in Deo summam esse arguit. Capita Libri sunt 15. partes duæ. vol. 1.

CCXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 69. pag. 402.

Liber inscriptus,

chîm 成
gîn 人
yaô 要
cië, ci 集

id est, *Articuli, in quibus quæritur quomodo Deus*

Deus homo fieri possit, ac verus homo evadere.

Præfatio agit de controversiâ Bonzios inter ac Missionarios, seu Christianos Sinas, quænam sit homini ad perfectionem via. Itaque hîc de variis spirituum, juxta Bonzios, incarnationibus agitur, ac proinde de Incarnatione Christi, ac præcipuè de gratiâ, quæ hominem perficit, & ad bene agendum incitat.

Author Libri Franciscanus, vide Approbationes, 1. vol. exemplaria 2.

CCXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 71. *p.* 402.

Liber inscriptus,

tiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
xĕ 實
lŏ, 錄

id est, *Sanctæ Dei Religionis verus color, seu genuina adumbratio.*

Tractatus est de præcipuis Religionis Christianæ fundamentis, de Deo tanquam omnium rerum principio: de ejus gubernatione ac providentiâ, de hominum genere non æterno, de Cæli ac Terræ creatione, de Adami formatione, (*cap.* 5.) de animâ increatâ, & hominum à bestiis differentiâ, de Dei sanctitate, &c.

Postea differit de Naturâ Divinâ, &c. de Præceptis, de Baptismo.

Author est Sacerdos è Societate Jesu. vol. 1.

CCXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 73. *p.* 402.

Liber inscriptus,

tiēn 天
xîn 神
hoéi 會
kó, 課

id est, *Methodus cognoscendi & associandi Spiritus cælestes.*

Agitur hîc de Deo & Angelis. Norunt omnes, Christianos à Mahummedanis vocatos esse *Associatores*, quod juxta eosdem Sectarios, Deo aliquem associent Christiani, nempe *Christum*. Apud Sinas, aliter sumitur *associatio* eadem, nimirum, non quod, Deo agnito, Angelum aut Genios associent, sed quod, vel Deum & Angelos nullo modo agnoscant, vel agnitorum naturam & attributa ignorent, ac *materiales* potius quàm verè *spiritales* faciant. 1. vol. exemplaria. 2.

CCXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 74. *p.* 402.

Liber inscriptus,

tiēn
xîn
hoéi
kó,

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, *modus ſeſe adjungendi Spiritibus cæleſtibus.*

Tractatus eſt de cognitione Dei, de Lege Dei, de Angelorum naturâ, de Mariâ Virgine, de quatuor hominis finibus, &c. Totus in modum Catechiſmi à Jeſuitâ compoſitus dicitur, & à multis ſimul Miſſionariis approbatus. vol. 1. & ſunt exemplaria 4.

CCXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 75. *p.* 403.

Liber inſcriptus,

chīn 眞
fŏ 福
chĕ 直
chì, 指

id eſt, *Veræ felicitatis certa & recta demonſtratio.*

Impreſſus anno Chriſti 1673. Demonſtrat 1°. in terris beatum eſſe poſſe neminem. 2°. Eâ, quæ in nobis eſt, ratione *felicitatem* detegi poſſe. 3°. Eum, qui homines creavit, Deum, efficere quoque poſſe, ut beatus homo fiat. 4°. Hominem, ſi decem mandata obſervet, fieri beatum poſſe. 5°. eundem hominem, ſi virtuti operam det, beatitudinis capacem reddi, &c.

Poſtea agit de Incarnatione Chriſti, de peccatis, eorumque remiſſione, ac de æternâ Beatitudine, &c.

Author Sacerdos è Societate Jeſu. 1. vol. exemplaria 4.

CCXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 105. *p.* 407.

Liber inſcriptus,

tûm 童
yeú 幼
kiaó 教
yŏ, 育

id eſt, *Legem eſſe atque obligationem debiti à Deo, ut pueri & puellæ alantur atque educentur.*

Tractatus eſt totus de *alitione* atque *educatione*; quamquam enim Sinæ amorem Filiorum in Patres, atque obedientiam perpetuò prædicent, tamen ſæpe & infantes exponunt, & Liberos, inopiâ coacti occidere.

Eſt autem partium duarum & capitum 21. & Author dicitur, Patrum Societatis Jeſu Congregatio omnis. Res enim momenti fuit maximi, & à Chriſtianis fortiter tenenda ac defendenda. vol. 1.

CCXX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 24. *p.* 387.

Liber inſcriptus,

chù 主
kiaó 教
yuên 緣
kì, 起

id eſt, *Cur Lex Dei Cœli*, vel *Dei Chriſtianorum ſemper aſſurgat?*

Tractatus eſt à Miſſionario editus, in quo præcipuæ Religionis Chriſtianæ partes doctè aſſeruntur, idque capitibus 24. illinc ergo diſcere eſt, quod apud Sinas Authores noſtri philoſophicè, atque argumentis è rerum naturâ petitis, inculcare coguntur, mundum hunc à ſeipſo fieri aut conſtrui non potuiſſe, Cælum Mundi authorem dici non poſſe, rerum tamen ab omnibus agnoſcendum Authorem: rerum unum tantummodo eſſe poſſe, non duos; eundem ſpiritalem eſſe, nec percipi ſenſibus; præterea ſine principio fuiſſe, ſine fine eſſe, ac futurum ſemper.

Capite 7. primæ partis agit Author de Trinitate, & rerum quidem Creatorem aſtruit unum eſſe, Perſonarum tamen trium.

Parte ſecundâ de Angelis diſſerit, tum de Morte, ejuſque cauſis atque effectis; quo facto ad animam rationalem tranſit, quam contendit à Deo creatam, atque ejus immortalitatem capite 6. defendit.

Parte tertiâ, de Lege *naturæ & gratiæ* ſermonem habet, earumque Legum, Moſaïcæ ſcilicet ac Chriſtianæ fundamenta ac differentias expendit.

Denique in quartâ parte, Incarnationem, Incarnationis neceſſitatem, peccati deletionem, ac proinde vitam Chriſti, Reſurrectionem, atque in Cælum Aſcenſionem proſequitur.

Liber eſt çūm chín aliàs hoaî çūm Imperatoris, τῶν tá mîm ultimi, anno 15. impreſſus, Authore

tām 湯
jŏ 若
vâm, 望

id eſt, Patre *Adam Schall*, è Societate Jeſu Sacerdote, qui tunc temporis, hoc eſt, dum Sinam occupabant Tartari, inter tumultus Bellicos Evangelium prædicavit. Kivên ſeu partes Libri tantum quatuor, licet apud *Kircherum* memorentur quinque; ſed diviſio eſt in quatuor, neque ulla eſt amplius. Itaque volum. 4.

CCXXI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 46. p. 391.

Liber inſcriptus,

lîm 靈
yên 言
lì 蠡
chŏ, 勺

id eſt, *Ratiocinantium & loquentium medicina.*

Norunt omnes hominem apud omnes Orientales dictum *Animal loquens*, dum apud nos vulgo definitur *Animal rationale*: eundem in ſenſum accipere, videtur Author Lîm philoſophicè *rationalitatem*, & yên *loquelam* ſeu *loquendi facultatem*, quæ *locutio* & adjectivè & ſubſtantivè ſumi poteſt, ut è Grammaticis diſcitur.

Tractatus ergo eſt de *Animâ rationali*, quam Author ubique appellat, etiam Sinicè, *ya-ni-ma.* Expendit autem 1°. Animæ naturam, ejuſque à cæteris ſubſtantiis ſpiritalibus, hoc eſt, Angelis (Sinicè tiēn xîn) differentiam. 2°. Ejus immortalitatem. 3°. Quod titulo occaſionem dedit, animæ peccantis, & in varia peccata labentis, remedium, ſeu Dei *gratiam*, vol. 1.

CCXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 45. p. 391.

Liber inſcriptus,

chaó 超

sím 性

hiŏ 學

yaô, 要

id eſt, de verbo ad verbum, (*Rerum*) *Naturam ſuperantium placita.*

Quâ phraſi indicatur *Metaphyſica*, & reverâ Metaphyſica eſt ampliſſima, in quâ reperiuntur eæ, quæ de Dei naturâ, ejuſque attributis moveri ſolent, quæſtiones omnes, non quales apud Authores hujus temporis, ſed quales apud Scholaſticos, & quales etiamnum ab Hiſpanis agitantur ſummâ quâdam ſubtilitate.

Liber τ8 xūn chí ætate compoſitus, & nitidiſſimè impreſſus. Author Miſſionarius Jeſuita, vol. 2.

CCXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 35. *p.* 389.

Liber inſcriptus,

kĭ 畸

gîn. 人

xĕ 十

piēn, 篇

id eſt, *Decem capita, hominis characterem determinantia.*

Capita hæc illa ſunt, de quibus *Kirkerus*, Chinæ illuſtratæ pag. 159. à Matthæo *Ricci* concinnata, & apud Sinas, Philoſophiæ Moralis ſemper curioſos multùm celebrata.

1°. De tempore, quàm rectè conſumendum ſit, & quàm ſit irreparabile.

2°. De hujus vitæ neceſſitatibus atque ærumnis.

3°. De morte, eſſe unicuique homini debitam, & unicuique accidere.

4°. Quantum homini proſit, de morte ſæpius cogitare.

5°. Aliquando tacere, aliquando loqui hominem oportere, idque ſemper opportunè faciendum.

6°. De tribus Pœnitentiæ finibus, & quare homines omnes jejunare deceat.

7°. De conſcientiæ examine, idque ab unoquoque homine quotidie fieri debere.

8°. De Paradiſo & Inferno, & alterum bonis, malis alterum eſſe deſtinatum.

9°. Quantum in eo peccati ſit, ſi quis divinatione, re apud Sinas frequenti, utatur.

10°. De malis eos in æternum ſecuturis, qui, avaritiæ dediti, divitias in theſauris congerunt.

Editio eſt ſecunda, & Præfatio characteribus eſt liberioribus.

CCXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 117. *p.* 408.

Liber inſcriptus,

ngâi 愛

tĕ 德

chūm ý &c.

chūm 中
ý 義
lí 利
chî 之
pién, 辯

id est, *Quod virtus amabilis sit, resque esse in medio positas, idque nonnisi sensûs acuti ope distingui posse.*

Disputatio est Philosophica ac Theologica, de virtutis naturâ, non solùm per se, & in se, sed etiam in Religione Christianâ, & citantur Aristotelis, Epicuri, ac cæterorum Philosophorum opiniones. Author Missionarius Dominicanus, vol. 1.

CCXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 40. p. 390.

Liber inscriptus,

vân 萬
vĕ 物
chīn 眞
yuên, 原

id est, *Rerum omnium vera origo.*

Sunt in hoc Libro kivên 11. quæ capita argumentis ac tractatulis totidem destinata.

Primum est, res omnes, seu hanc rerum universitatem incipere debuisse.

Secundum, res humanas per se existere non potuisse.

Tertium, à Cælo & Terrâ hominem creari aut fieri non potuisse.

Quartum, ab yuên kí, seu primario aere Cælum & Terram, eâ, quâ sunt formâ, construi non potuisse.

Quintum, à lì, seu ratione illâ universali, à Sinis litteratis jactatâ, formari ac construi res mundanas nequivisse.

Capitibus sequentibus agit Author de eâ, quæ in hoc orbe aspectabili ubique apparet, pulchritudine.

Deinde concludit, esse ergo, qui eum creaverit ac gubernet, Dominum.

Ac demùm, qui res eas omnes creaverit, eum & principio & fine carere oportere.

Author itidem è Societate Jesu, & idem, qui Tractatûs sān xān supra memorati. 1. vol.

CCXXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 89. pag. 405.

Liber inscriptus,

vân
vĕ
chīn
yuên,

Habes characteres supra n°. 226.

id est, *Rerum omnium vera origo.*

Tractatus ergo est, de rerum principio, Theologicè sumpto, quod non est nisi Deus, & transigitur ea res tota capitibus undecim, in queis generatim ostenditur, res omnes à se non factas, hominem à se ipso creatum non esse, hominem neque à Cælo, neque à Terrâ creari potuisse.

Per id, quod Sinæ vocant yuên kí, Cælum & Terram, ita ut nunc sunt, distribui non potuisse, neque à lì creata hæc esse. His omnibus positis, in capitibus sequentibus colligitur, Gubernatorem ergo aliquem esse, qui originem ipse non habuerit, &c.

Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol. 2. exempl.

CCXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 115. *pag.* 408.

Liber manuſcriptus inſcriptus,

xím 聖

sú 事

lì 禮

tièn, 典

id eſt, *Liber cæremonialis negotiorum*, ſeu *rerum ad Sanctos pertinentium*, ſeu *Proprium Sanctorum digeſtum per anni dies.*

Hîc multò melius quam ullibi de Sinicâ nominum noſtrorum ſcripturâ judicare eſt, cùm Divorum ferè omnium ac Feſtorum nomina characteribus Sinicis reddita ſint. 1. vol.

CCXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 114. *p.* 408.

Liber inſcriprus,

sú 司

tŏ 鐸

tièn 典

yaó, 要

id eſt, *Officii Eccleſiaſtici collectio*, ſeu *de officio Eccleſiaſticorum.*

Manuſcriptum ferè *in folio*, in quo multa de Officiis generatim, de Miſſâ, de præparatione ad Miſſam, de Cæremoniis, aliiſque rebus omnibus ad munera Eccleſiaſtica pertinentibus diſſeruntur. 2. vol.

CCXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 113. *p.* 408.

Liber inſcriptus,

mî 彌

sǎ 撒

kīm 經

tièn, 典

id eſt, *Miſſarum Liber & collectio*, ſeu *Miſſale.*

3. Vol. ferè *in fol. Mſ.* quorum in uno ſunt Indices, in aliis Miſſæ.

CCXXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 116. *p.* 408.

Liber inſcriptus,

tím 聽

mî 彌

sǎ 撒
kĩ 亓
liĕ, 例

id eſt, *Audiendi Miſſam*, (&) *Menſæ* (ſanctæ) *ordo*.

Libellus eſt, quam noſtri *Miſſæ Ordinarium* vocant, à Miſſionario Franciſcano compoſitus. vol. 1.

CCXXXI.

Cat. Bib. Reg. n. 110. *p.* 407.

Liber inſcriptus,

xím 聖
kiaó 教
gĕ 日
kuó, 課

id eſt, de verbo ad verbum, *Exercitium diurnale Sanctæ Religionis*, hoc eſt, *Preces Horariæ unoquoque die recitandæ*, Pater noſter, Ave Maria, Credo, decem Præcepta, &c. vol. 1. exemplaria 3.

CCXXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 107. *p.* 407.

Liber inſcriptus,

xím
kiaó
gĕ
kuó,

Habes characteres ſupra nº. 231.

id eſt, *Sanctæ Dei Legis preces quotidianæ*.

Editio hæc majori formâ quàm aliæ. vol. 1.

CCXXXIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 108. *p.* 407.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
kím 經
vên, 文

id eſt, *Sanctæ Dei Legis precum compoſitio*, quales nempe Neophytis tradi ſolent. vol. 1.

CCXXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 109. *p.* 407.

Liber inſcriptus,

tiēn
chù
xím
kiaó

kīm
vên,

Habes characteres supra n°. 233.

id eſt, *Domini Cæli*, ſeu *Dei ſanctæ Legis Preces & Catechiſmus.*

Continet ergo Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, Confeſſionem, Præcepta Decalogi, parvum Catechiſmum, quales Proſelytis ſuis tradunt Miſſionarii. vol. 1.

CCXXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 137. *p.* 411.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主
kiaó 教
yaô, 要

id eſt, *Scopus Religionis Chriſtianæ.*

Opuſculum eſt, in quo, *Pater*, *Ave*, *Credo*, & aliæ quædam preces. 1. vol.

CCXXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 95. *p.* 405.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主

xím 聖
kiaó 教
çùm 總
tŭ 牘
nuý 內
kím, 經

id eſt, *Sanctæ Legis preces generales*, *quæ in Scripturâ reperiuntur.* Sunt tantum *Pater*, *Ave*, &c. 1. vol.

CCXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 32. *p.* 389.

Liber inſcriptus,

xīm 聖
mù 母
kīm 經
kiaì, 解

hoc eſt,

hoc eſt, *Sanctæ Matris Preces*, ſeu *Preces ad Sanctam Matrem.*

Preces ſunt variæ ad Virginem Mariam directæ, & ſunt multiplices; aliæ ad alium diem; aliæ ad aliam diei horam; nonnullæ ab Authore ſcriptæ; nonnullæ ex Libris Eccleſiaſticis deſumptæ. Author Jeſuita Italus. vol. 1.

CCXXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 118. *p.* 408.

Liber manuſcriptus inſcriptus,

ỹ 依
chù 主
chí 至
kí, 範

id eſt, *Conformandi nos Domino, ſuprema exaltatio*, ſeu *Liber, in quo modus noſmet erigendi ad ſupremam Chriſti conformitatem traditur*: Eſt ergo *Imitationis* verſio in Linguam Sinicam. 4. vol.

CCXXXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 126. *pag.* 409.

Liber inſcriptus,

ù 五
xĕ 十
yên 言
yû, 餘

id eſt, 50. *verba nimis*, ſcilicet ad verba Riccii referuntur Socii Jeſuitæ verba, ſi 25. non fuerint ſatis, 50. dubio procul ſuperflua eſſent. Multa hîc plena pietatis, tum ex Evangelio verſa, tum ex aliis Libris deſumpta. 1. vol.

CCXL.

Cat. Bibl. Reg. n. 60. *p.* 400.

Liber inſcriptus,

vên 文
miaó 廟
lì 禮
yŏ & lŏ 樂
chí, 志

id eſt, *Mens* (ſeu *ſcopus & intentio*) *cæremoniarum & Muſicæ, quæ in Templis Litteratorum uſurpantur.*

Author Sina eſt, & multa habet de Sinarum Muſicâ, de formâ & cæremoniis Templorum; ſunt etiam illic tonorum Muſicorum tabulæ, ac præterea eorum, quæ in Templis adhibentur, Inſtrumentorum omnium figuræ. 1. vol.

CCXLI.

Cat. Biblioth. Reg. n. 42. pag. 590.

Liber inſcriptus,

sān 三
xān 山
lûn 論
hiŏ 學
kì 記

id eſt, *Trium montium ſermonis ſcientifica Hiſtoria*, ſeu potius *Ejus, qui inter Montes tres habitus eſt, ſermonis Hiſtoria & recordatio.*

Phraſis hæc *Montium trium* è Sinarum Fabulis deſumpta eſt (niſi Authoris nomen ſit.) Hîc, cum de tribus Religionibus agatur, quæ ſunt, Sectæ Litteratorum cultus unicè politicus: Sectæ Bonziorum cultus, religioſus quidem, at ſuperſtitionis plenus: pietatis Chriſtianæ divinus, hoc eſt, à Deo ipſo profectus cultus: diſceptatioque hæc ab uno quoque Doctore fiat, quænam cæteris præferenda Secta aut Religio ſit; afferuntur ex hâc vel illâ parte argumenta ad unamquamque Religionem tuendam maximè probabilia, & ſub finem vincit, rationis authoritate, Philoſophus, ſeu Doctor Chriſtianus. Inveniuntur ergo in hoc ſermone quàm plurima de lì, ſeu *ratione* illâ generali Mundi hujus, ſecundùm Litteratos, motrice, de taí kiĕ, ſeu chaó, & materiâ illâ primâ, quæ juxta eoſdem Litteratos Mundi origo, de Metempſychoſi & aliis Bonziorum Dogmatibus illis, quæ ab India Indorumque Brachmanibus orta jam diu, & à multis retro ſæculis, inter Bonzios Sinenſes regnant. Tum ſequitur utrorumque refutatio ſolida & efficax, & Religionis tum Moſaïcæ, tum Chriſtianæ laus, earumque veritatis demonſtratio.

Author hujus Libri Sacerdos è Societate Jeſu, Italus. 1. vol.

CCXLII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 43. pag. 591.

Liber inſcriptus

sān
xān
lûn
yŏ
kì.

Habes characteres ſupra n°. 242.

Liber idem, ſed ex aliâ editione. Item Præfatione priori & novâ ornatus. 1. volum.

CCXLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 131. p. 410.

Liber inſcriptus,

sān
xān
lûn
yŏ
kì,

Adſunt characteres n°. 241.

id eſt, *Recitatio* ſeu *Commemoratio trium Montium inter ſe diſputantium.*

Tres Montes Proverbium quoddam eſt apud Sinas, idque è Sinarum Fabulis ortum, in quibus nominantur etiam eorumdem Montium Reges, & Regum tria nomina.

Liber eſt à Jeſuitâ compoſitus. 1. vol. 2. exempl.

CCXLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 129. p. 410.

Liber inſcriptus,

pié 闢

vâm, 妄

id eſt, *Falſitas contradictionis*, ſeu *Aperta falſitas.*

Tractatulus contra Infernum *Foiſtarum*, quem Author omnibus modis exagitat, quoad durationem, quoad locum, &c. 1. vol.

CCXLV.

Cat. Bibl. Reg. n. 127. *p.* 410.

Liber inſcriptus,

pién 辯

hiŏ 學

ŷ 遺

tù, tŏ 牘

id eſt, *Diſputatio ſcientifica, & ſcriptura Teſtamenti loco relicta.*

Tractatus eſt de Deo, & de Religione Chriſtianâ adversùs Sectas Sinarum, præcipuè Sectam Foĕ. 1. vol.

CCXLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 96. *p.* 406.

Liber inſcriptus,

pién
hiŏ
ŷ
tù, tŏ,

Habes characteres ſupra n°. 244.

Tractatulus de Controverſiis Sinicis. vol. 1.

CCXLVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 29. *pag.* 388.

Liber inſcriptus,

taí 代

ŷ, nhŷ 疑

pién, 篇

id eſt, *Dubiorum ab aliis Sectis propoſitorum, aut de aliis Sectis naſcentium diſceptatio.*

Hic tractatus ex iis eſt, quos à Miſſionariis legendos judicavit Author, & rectè; nam ſi ad errores Sectariorum Sinarum refutandos, cognitio eorumdem errorum neceſſaria, ut & argumentorum, in utramque partem adduci ſolitorum; agitur hîc de Sectarum Sinenſium opinionibus, & quæ de Diis Idolatræ diſputant, quæ de Inferno aut Paradiſo, poſt varias in varia corpora migrationes acquirendo, ea omnia in Sectâ Foĕ, ſeu Indicâ decantata, diſcutiuntur. Kivên primæ partis ſunt 9, & ſecundæ itidem 9. Præfationes liberiori charactere exaratæ. vol. 1.

CCXLVIII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 87. *pag.* 404.

Liber inſcriptus,

taí
ŷ, nhŷ
pién,

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, *Tractatus de iis dubiis, quæ à Lit-*

terato Sinâ adversus Religionem Christianam proponi solent ac possunt.

Author Christianus, qui Doctrinam Litteratorum Sinarum, ac præterea Foistarum apprimè calluit; quæcunque ergo à Litteratis vulgò proponuntur, ea sine fuco, & absque ullâ hæsitatione sibi ipse objicit, ac postea, momentis è ratione desumptis, refellit. Tractatus est eam ob rem curiosus. Præfatio *litteris fluentibus* ac neglectis sculpta; cætera *charactere vulgato*, eoque nitidissimo, impressa. 1. vol.

CCXLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 85. *p.* 404.

Liber inscriptus,

tă 答
kĕ 客
vén, 問

id est, *Responsio extraneis interrogantibus.*

Non semel, sed sexcenties à Missionariis quæsierunt Sinæ Bonzii, Foistæ & Laotanistæ, cur tandem Patriam suam relinquerent, loca Asiæ tam remota peterent, idque, ut Gentibus, Leges alias tenentibus, Legem quandam novam annuntiarent, quæ an melior ac divinior esset, non cognosceretur satis. Ejusmodi ergo interrogationibus respondere conatur Author, & quidquid ad Legis divinæ ab aliis differentiam, quidquid ad dignitatem Christianæ Religionis facit, latè discutit, tractatque. 1. vol.

CCL.

Cat. Bibl. Reg. n. 130. *p.* 410.

Liber inscriptus,

tă
kĕ
vén,

Habes characteres n°. præcedenti.

id est, *Responsiones extraneorum quæstionibus*, hoc est, *Sinis, hæc vel illa adversus Religionem Christianam objicientibus.*

Cum ergo adversentur non rarò Sinæ Litterati, Christianis advenis, differentiam inter Sectas Sinicas & Religionem Christianam, non magnam esse, neque hanc illis superiorem videri, propterea quod communia habeant multa, refutat Author hujusmodi objectiones, illarumque falsitatem, hujus veritatem confirmat. 1. vol. exempl. 3.

CCLI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 83. *p.* 404.

Liber inscriptus,

jên 然
siām 想
xîn 紳
kūm, 功

id est, *Spiritum igneorum meritum*, seu *Quid cogitandum sit de Spiritibus igneis.*

Liber est à Franciscano compositus, de *rebus* in Chinâ *controversis*: hic propriè ad *igneos spiritus* pertinet, eos nempe, quos Sinarum Sectæ, sive quæ Foĕ, sive quæ laò tān est, solent admittere. Fuit à multis aliis Missionariis comprobatus, quorum Familias, cum nominibus earum Sinicis. vide apud ipsum Authorem. 1. vol.

CCLII.

Cat. Bibl. Reg. n. 80. *p.* 403.

Liber inscriptus,

piĕ vàm

pië 闢
vàm 妄
xŏ 條
pŏ 駁
hô 合
kĕ, 刻

id eſt (τε̃ hô kĕ Miſſionarii) *Declaratio vanitatis & rerum fortuitò dictarum refutatio.*

Opus adverſus Sinarum Sectas, præcipuè τε̃ Foĕ Diſcipulos compoſitum. Agit enim præſertim de animarum revolutionibus, & Sectæ illius Inferno. 1. vol.

CCLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 30. *p.* 388.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
xĕ, xĭ 釋
mîm 明
pién, 辨

id eſt, *De* Foĕ *Familiâ, ejuſque placitis diſcurſus, ſeu diſputatio*, propriè *elucidationes* ac *diſtinctiones.*

Agitur de Cælo & Inferno, prout à Foĕ Sectâ intelliguntur, quam pedetentim refutat Author capitibus 28. Differit ergo de omnibus hujus Sectæ dogmatibus, de magnâ Mente quæ totam hanc molem agitat, de Metempſychoſi, de tribus Generationibus, de 30 Cælis, &c. Vide præſertim cap. 2. 9. 13. 14. 15. 16. vol. 1.

CCLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 59. *p.* 400.

Liber inſcriptus,

tiēn
xĕ, xĭ
mîm
pién,

Habes characteres nº. præcedenti.

id eſt, *Elucidationes & diſtinctiones, Sectæ* τε̃ Foĕ *oppoſitæ.* Xĕ ſic ſcriptum, eſt *ignoſcere, peccatum condonare.* Hic de Sectâ Foĕ dicitur, quæ ita ſolet indicari, & Tractatus hic totus eſt contra Foĕ Sectam, & eos, qui varias per multa ſæcula Metempſychoſes fingunt. Diſputat ergo de peccatis, de pænis, de Paradiſo, de Inferno, & hoc modo Religionem Chriſtianam aſtruit, Sectam Foĕ & alias Bonziorum Religiones aut opiniones refellit. 1. vol.

CCLV.

Cat. Bibl. Reg. n. 84. *p.* 404.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主

xím 聖
kiaó 教
mûm 蒙
ỳn 引
yaó 要
kién, 賢

id eſt, *Ad ſanctæ Dei Legis obſcuritates introductio, iis, qui introſpicere volunt.*

Tractatus eſt reverâ ſublimis, de naturâ, exiſtentiâ atque attributis Dei, de Providentiâ, de Perſonis Divinis, de præmiis bonorum & malorum ſuppliciis, &c. & contra Foïſtas. 1. vol.

CCLVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 82. *p.* 404.

Liber inſcriptus,

vàm 妄
chēn 占
pién, 辯

id eſt, *Sortes mittere, rem omnino vanam eſſe, diſputatio.* Chēn eſt *Sors* qualis apud Sinas frequens, ita ut, etiam ex yĕ kīm divinent, cui rei multa à Miſſionariis oppoſita.

Videtur contra yām kuàm ſién compoſitus. 1. vol. exempl. 2.

CCFVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 77. *p.* 403.

Liber inſcriptus,

uàm 妄
chuī 推
kiĕ 吉
hiūm 凶
pién, 辯

id eſt, *Diſputatio, falsè urgeri, vel* kiĕ *proſperitatem, vel* hiūm *infortunia*; neque enim hæc quidquam adverſus Religionem probare, contra verò Religioni favere: quamquam tractatus non adeo amplus ſit, tamen reperiuntur ſat multa de felicitate & infelicitate, de ſortibus, variiſque figuris apud Sinas ad rerum ac fortunæ divinationem adhiberi ſolitis. 1. vol.

CCLVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 101. *p.* 406.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主
kiaó 教
yaó 要
chù 註
畧

id eſt, *Explicatio*, ſeu *Oratio brevis, in quâ Legis Dei placita exponuntur*

Propriè, nihil aliud hîc reperitur, quàm preces *Pater noſter*, *Ave Maria*, *Credo*, *Mandata decem*, unà cum expoſitione breviſſimâ. Author Miſſionarius Franciſcanus, impreſſio parum nitida. 1. vol. 2. exempl.

CCLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 138. *p.* 411.

Liber inſcriptus,

mŏ 末
laî 來

pién 辯
lŭn, 論

Oratio, in quâ probatur *diſtinctionem nondum veniſſe.*

Senſus eſt, homines his in terris vivere nunc permixtos, & Bonos unà cum Malis ita confundi, ut diſtingui non poſſint; ſed venturum poſtea *Judicium*, &c. quo omnes aut omnia diſcernentur. 1. vol.

CCLX.

Cat. Bibl. Reg. n. 125. *pag.* 409.

Liber inſcriptus,

úlh 二
xĕ 十
ú 五
yên, 言

id eſt, 25 *verba.*

Oratio eſt parvula, in quâ de hominis felicitate, & Religionum differentiâ ac diſcretione, contra Bonzios diſputatur. Author eſt famoſus Matthæus Riccius. Impreſſus eſt Liber imperante vân liĕ. 1. vol.

CCLXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 124. *p.* 409.

Liber inſcriptus,

ţiēn 天
chù 主
xím 聖
ſiám 像
liŏ 略
xuĕ, 說

id eſt, *Oratio parva de ſanctâ Dei imagine.* Sumitur hîc metaphoricè, neque ulla eſt figura, ſed de Chriſto ejuſque actis ac prædicatione, tantummodo agitur. 1. vol.

CCLXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 123. *p.* 409.

Liber inſcriptus,

kiaó 教
yaó 要
ſiù 序
lún, 論

id eſt, *Oratio in formam Prologi, vel Præliminaris, de iis, quæ ad Legem Dei ſpectant.*

Hoc opus longè elegantiſſimum eſt, & magnificè ſculptum. Ut ad Dei Legem veniat, Creationem *primò*, deinde Gubernationem Dei ac Providentiam probat, tum ad hominis peculiarem formationem deſcendit, eamque è Scripturâ deſcribit, qualem eſſe debere dixerat; poſtea, de peccato originis, atque hominis lapſu multa habet; ac tandem de Vitâ futurâ loquitur, quam contra Indos & Bonzios, æternam, ac bonorum *remunerationem* ſtatuit. Author Sacerdos è Societate Jeſu. 1. vol.

CCLXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 119. *p.* 408.

Liber inſcriptus,

ţiēn 天
chù 主
xím 聖
kiaó 教
liŏ 略
xuĕ, 說

id eſt,

id eſt, *De ſanctâ Dei Lege, Oratio brevis.*

Præfatio de hominis perfectione, ac Religionis hominem perfecturæ neceſſitate agit, Librum ipſum in varios paragraphos diſtribuit. *Primùm*, creationem Cæli & Terræ, non niſi à Deo proficiſci potuiſſe oſtendit. *Deinde*, ad varia Chriſtiani officia, procedit. *Poſtea*, Foĕ & Bonziorum opiniones refert, refutatque. Tum hominis in cætera animantia dominationem ex Scripturâ, ejuſque inde gratitudinem, & varia officia profluere contendit.

Author è Societate Jeſu Sacerdos: opus editum anno Chriſti 1674. vol. 1.

CCLXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 104. *p.* 406.

Liber inſcriptus

kuèn 哀
kīm 矜
liên 鎌
lîm 靈
xuĕ, 說

id eſt, *Oratio, in quâ probatur divites & magnates*, (veſtitu Regio decoratos) *pauperibus compati, eiſque eleemoſynam erogare debere.*

Hortatio eſt, quâ divites ad eleemoſynam incitantur.

Author Miſſionarius Franciſcanus. 1. vol.

CCLXV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 81. *pag.* 405.

Liber inſcriptus,

chìm 拯
xí 世
liŏ 略
xuĕ, 說

id eſt, *Orationem non longam eſſe, ſi quis ſæculum & generationes conſideret.*

Senſus eſt, ex rerum mundanarum conſideratione, Chriſtianæ Religionis capita comprobari & aſſeri.

Author non indicatur; cæterum hæc omnia tractat philoſophicè, & contra Ethnicos argumentis agit validiſſimis, oſtenditque & mundi hujus originem, & generationem hominum unam, & animæ immortalitatem. 1. vol.

CCLXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 56. *pag.* 381.

Liber inſcriptus,

tiēn 天
chù 主
kiám 降
sēm 生

yên 言
hîm 行
kí 記
siám, 像

id est, *Figuræ Domini ad nos è Cælo delati, verba & acta denotantes*, seu *Imago vitæ Domini nostri Jesu-Christi, quoad naturam humanam.*

Sub unâquâque figurâ, in quâ hæc aut illa Christi actio, hoc aut illud miraculum depinguntur, apparet statim Sinicè actionis aut miraculi brevis expositio.

Liber est itidem à R. Patribus Jesuitis, in gratiam Neophytorum suorum sculptus ac publicatus. 1. vol.

CCLXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 94. p. 405.

Liber inscriptus,

tiēn
chù
kiám
sem
yên
hîm
kí
siám,

Habes characteres supra n°. 267.

id est, *Figuræ, queis notantur Domini nostri verba & actiones.*

Jam Librum hunc habuimus, Præfatio est de Incarnatione & Incarnationis loco: Tum sequuntur *imagines*, in quibus Vita Christi tota continetur, additis ad imam paginam figuræ aut imaginis uniuscujusque explicationibus. Figuræ ab Europæo pictæ. Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol.

CCLXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 26. p. 388.

Liber inscriptus,

tiēn 天
chù 主
kiám 降
sēm 生
yên 言
hîm 行
kí 記
liŏ, 畧

id est, *Memoria & notatio Domini, postquam è cælo descendit & natus est.* Aut aliter, *Christi post Incarnationem inter mortales degentis Historia.*

Ex multis kivên sunt hic tantùm 5. 6. 7. 8. in quibus plurima ex Evangeliis excerpta, non κατὰ πόδας tamen. Liber est ab eo, quem jam vidisti, omnino diversus, illic enim non nisi imagines ac picturæ, hîc orationes ac sermones tan-

tum. Author Missionarius è Societate Jesu. 1. vol.

CCLXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 70. pag. 402.

Liber inscriptus,

tiēn
chù
kiám
sēm
yên
hîm
kí
liŏ,

Habes characteres nº. præcedenti.

id est, *Narratio brevis actionum & verborum Cæli Domini* (id est hoc loco) *Domini nostri, postquam de Cælo descendit, & incarnatus est*, seu *Tractatus brevis de Verbi Incarnatione.* Author Sacerdos è Societate Jesu., Italus, ex Catalogo pag. 9. Multa hîc loca è Scripturâ allata. 1, vol. exempl. 2.

CCLXX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 68. pag. 401.

Liber inscriptus,

tiēn 天
chù 主
kiàm 降
sēm 生
ỳn 引
ý, 義

id est, *Introductio ad intelligendam Domini Descensionem & Nativitatem*, hoc est, *Incarnationis Mysterium.*

Tractatus est de Incarnatione, & partes habet duas. Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol.

CCLXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 111. p. 407.

Liber inscriptus,

xím 聖
mù 母
hîm 行
xě, 實

id est, *Sanctæ Matris actiones veræ.*

Kivên, seu Sectiones sunt tres: In primâ, ut Præfatio exponit, ea sunt, quæ de Mariæ nativitate ac vitâ dici solent: In secundâ agitur de eâ, quâ per omne tempus, & Viri sancti, & Doctores, fuêre, in Mariam veneratione: Tertia est de cultu Mariæ, ejusque intercessione, atque aliis ejusmodi rebus. Narratur etiam aliquid de Foë Matre, quæ apud Sinas in honore est. Author Jesuita. 1. vol. exempl. 2.

CCLXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 31. p. 388.

Liber inscriptus,

xím
mù

hîm
xĕ,

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, *Sanctæ Matris actionum ſoliditas*, ſeu *Mariæ Virginis vera vita*, propriè *Laus eſt beatæ Virginis*, quæ laus, cum per omnes Litaniarum partes excurrat, continet, quidquid ad Virginem ſpectat, ſive ex origine, ſive ex animi dotibus, ſive quatenus Mater Meſſiæ fuit, imo quæ in hunc vel illum beneficia, meritis ſuis atque interceſſione contulit.

Author Sacerdos è Societate Jeſu, hîc tantùm pars tertia. 1. vol.

CCLXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 99. p. 406.

Liber inſcriptus,

xím
mŭ
hîm
xĕ,

Habes characteres ſupra n°. 271.

id eſt, *Sanctæ Dei Matris acta vera.*

Author Sacerdos è Societate Jeſu. 2. vol.

CCLXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 100. p. 406.

Liber inſcriptus,

xím 聖
jŏ 若
sĕ 瑟
hîm 行
xĕ, 實

id eſt, *Divi Joſephi actiones & vita.* Adduntur ejuſdem Litaniæ.

Author unus è Societate Jeſu. 1. vol. 2. exempl.

CCLXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 106. p. 407.

Liber inſcriptus,

xím
jŏ
sĕ
hîm
xĕ,

Adſunt characteres n°. 275.

id eſt, *Vita & Officium Sancti Joſephi.*

Oratio eſt de Sancti Joſephi vitâ & moribus. Sequuntur poſtea Litaniæ, quales in Libris noſtris quàm plurimis. 1. vol.

CCLXXVI.

Cat. Biblioth. Reg. n. 29. pag. 431.

Liber abſque inſcriptione,

Divo Joſepho Oratio panegyrica, à Premaro olim, cum Miſſionarius adhuc juvenis eſſet, compoſita. 1. vol.

CCLXXVII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 93. p. 405.

Liber inſcriptus,

xím 聖
niŭ 女

lŏ ſaì, &c.

lŏ 羅

saì *vel* xà 洒

hîm 行

xĕ, 實

id eſt, *Sanctæ mulieris* lŏ ſaì, lŏ xà (appellatæ) *vita*, ſeu *actiones veræ*.

Nomen eſt mulieris, ſed videtur non aliud quam *Roſæ*: imo hæc *Roſa* non *Sinenſis* fuit, ſed *Americana*, ex Urbe *Limâ*; cæterum impreſſus eſt ſub kām hī, & charactere quodam pulcherrimo. 1. vol.

CCLXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 44. *pag.* 391.

Liber inſcriptus,

tâm 唐

kìm 景

kiaó 教

poēi 碑

gĕ 額

chím 正

ćivēn 詮

id eſt, *In illuſtris atque amanæ Legis-Lapidis frontem vera explicatio*, ſeu quod idem, *vera explanatio lapidis*, *illuſtrem & venerabilem Legem in fronte inſcriptâ repræſentantis*.

Lapidem in Urbe *Siganfu* repertum, anno Chriſti 1625, à Mandarinis ipſis effoſſum, non ſine quâdam admiratione à Chriſtianis Sinenſibus ac Miſſionariis conſpectum, jam tum illic ab iiſdem Miſſionariis commentario illuſtratum, à *Semedone* & aliis memoratum, allatam denique è Sinâ ejus inſcriptionem à *Boymo*, atque à *Kirchero* editam, norunt quicumque Litterati. Diſcimus ergo illinc, jam priſcis Eccleſiæ ſæculis ad Sinas uſque perveniſſe Evangelii ac Religionis Chriſtianæ prædicationem, idque à Syris, hoc eſt, Eccleſiæ Syriacæ Sacerdotibus. Conferes eâ de re, non ſolùm Mulleri obſervationes, ſed etiam, quæ *Renaudotus*, vir Litterarum quidem Sinicarum ignarus, ſed Syriacarum, atque Arabicarum rerum imprimis peritus, quoad epochas, ac Monumenti perſonas, non ſine eruditione adverſus Mullerum annotavit.

De eodem lapide apud *Kircherum* Sinicè & Latinè expreſſo, jam diu nos quoque multa ſcripſeramus, in quibus Kirkeri ſphalmata quàm plurima, characteres Sinicos ſat malè exaratos, voces Sinicas ſat malè redditas, accentus in multis vocibus malè appoſitos, denique loca quædam, aut malè verſa propter Hiſtoriæ ignorantiam, aut propter Linguæ Sinicæ inſcitiam corrupta, deſignaramus; ſed acceſſêre ad hunc laborem noſtrum duo: 1°. *primùm* quidem, Lapidis ipſius quaſi effigiem, apud Sinas tunc temporis, quantus eſt lapis, imitatione excerptam, ad nos miſit amicus noſter, Sacerdos è Societate Jeſu, optimus ac doctiſſimus Premarus: 2°. deinde verò, quæ ad difficultates ejuſdem monumenti enucleandas, elaboraverat vir ſupra laudes omnes, olim etiam è Societate Jeſu Sacerdos, nunc Clau-

diopoleos Episcopus D. Visdeloüs, ea in Europam, qui nunc mortuus, sed tum ad Indos, Regis jussu, profectus erat, vir morum comitate, atque eruditione imprimis colendus Cl. Diderius, secum allata fratri itidem doctissimo, meique etiam amantissimo, atque omnibus ob summam Philosophiæ ac Matheseos peritiam venerando Abbati Didierio reliquit; quam ob causam *Monumentum* hoc Religionis Christianæ pulcherrimum, multò accuratiùs quàm cæteri, edere nunc possumus: atque edemus, si quis è Typographis Rempublicam Litterariam, tanto munere donare in animo habuerit. 1. vol.

CCLXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 88. *p.* 404.

Liber inscriptus,

kìm 景
kiaó 教
lieû 流
hîm 行
chûm 中
kuě 國
poēi 碑
sûm 頌
chím 正
civēn, 詮

id est, *Explicatio, quâ amænæ Legis* (quæ Sinæ Regnum pervasit) *Lapideum monumentum*(eam)*laudans elucidatur*, seu quod idem est, *In laudem magnificæ Legis* (quæ, cum ad Sinæ Regnum usque penetrasset) *ibi suscepta erat*, *Lapis testimonii gratiâ positus*.

De Lapide *Siganfu*, quis est qui non dixerit? 1. vol.

CCLXXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 31. *p.* 431.

Liber absque inscriptione.

Folium, quod Lapidem xên sī, quantus repertus est, tantum ac totum characteribus magnis exhibet, sed papyrus adeo tenuis, ut in partes quodammodo per se abeat. 1. vol.

CCLXXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 70. *p.* 425.

Liber inscriptus,

çù 楚
çû 辭
pîm 評

lîn, 林

id eſt, τȣ ç̃ù çù (Authoris antiqui ſic appellati) *diſceptationum ſylva.*

Author hic reverâ antiquus, ſed de multis *Articulis* ſcepticus, quos breviter & audaciori quodam ſtylo confodiebat; quam ob cauſam ab Interprete chū hī illuſtratur (ſub ſúm) ac reprehenditur : inde eſt, quod in unoquoque volumine, Index primò ſeſe offerat *Articulorum* in volumine expenſorum à ç̃ù çù, & à chù çù expendendorum. çū çù ergo Philoſophus antiquiſſimus, cujus ſenſus non cuivis obvii. invol. 1. vol. 4.

CCLXXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 19. *p.* 430.

Liber inſcriptus,

ç̃ù
çù
pīm
lîm.

Habes characteres ſupra n°. 281.

Idem Liber, etiam inter Libros anno 1723 allatos. Philoſophus eſt propter obſcuritatem, ac cogitationes liberrimas, famoſus; & apud Sinas, ob Sententiarum ſingularitatem, magno in pretio. Invol. 1. vol. 3.

CCLXXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 71. *p.* 425.

Liber inſcriptus,

ciĕ 七

xĕ 十

ùlh 二

kiā 家

pīm 評

chù 註

çù 楚

ç̃ù, 辭

De verbo ad verbum, 70 *Domorum*, ſeu *Sectarum diſceptationes & explicationes exponere & explicare* ç̃ù çù, ſeu *clarius earum opiniones à* ç̃ù çù *expoſitas.*

Senſus eſt, ç̃ù çù Authorem ſummè obſcurum eſſe, & in eo enucleando jam deſudaſſe Interpretes 72. quorum in Indice indicantur 12. Editor ejus dictus lì lú xī, imperante kām hī. involucr. 1. vol. 4.

CCLXXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 72. *p.* 425.

Liber inſcriptus,

ç̃ù
çù } Hi duo characteres iidem qui numeris præcedentibus.

tēm, 燈

id eſt, *Lampas* τȣ ç̃ù çù, ſeu *ad illuſtrandum* τȣ ç̃ù çù *Librum.*

Interpres

lîn 林

sī 西

chūm, 仲

qui τοῖς cȳn regnantibus vixisse dicitur. invol. 1. vol. 2.

CCLXXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 73. p. 425.

Liber inscriptus,

choām 莊

çù 子

nân 南

hoā 華

kīm 經

id est, τȣ̃ choām çù *Liber*, dictus *Flos Meridionalis*, ita Orientali more inscriptio est.

Opus est famæ apud Sinas maximæ: id enim discas, necesse est, Libros tá tē kīm, qui è taó kiā, seu è τῆ taó sù Scholâ; nàn hoā kīm à choām çù compositum, qui etiam è tàó kiā; xān haì kīm, cujus Author certè antiquus, ignoratur; lì sao kīm, à çù çù, de quo supra, obscurè, ut diximus, contextum; Libros, inquam, eos quatuor apud Philosophos Sinas magni semper factos, licèt apud alium, aliâ de causâ. Sunt enim táo tē kīm, & nàn hoā kīm, de homine interiori, & quasi ab hujus mundi vanitate ac quisquiliis ad se aut ad virtutem sublimiorem recollecto, quod de lì saô etiam fortè dicendum; de xān haì kīm aliter fortè judicandum est, qui Liber idololatriæ fortassè patrocinatur; certè Idololatriam Sinicam quodammodo suffulcit. Nàn hoā Commentatores habuit multos, præsertim fú mē & lú si sim, sub Dynastiâ mîm. Est invol. 1. vol. 4.

CCLXXXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 74. pag. 425.

Liber inscriprus,

choām 莊

çù 子

ȳn. 因

Explicatio est τȣ̃ nàn hoā kīm: Commentator lîn sī chūm, qui kām hī regnante scripsit, de virtute & variis virtutis gradibus agit: explicat præsertim, quid sit apud Sinas tiēn taò, & vita interior & exterior. Invol. 1. vol. 4.

CCLXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 75. p. 425.

Liber inscriptus,

choām 莊

çù 子

kiaì,

kiaì, 解

τῶ choām çù *expositio.*

Authores duo cié sān cieū, & kuō siām: agunt præsertim de vitâ *interiori* & *exteriori.* Impressus est kām hī regnante, involucr. 1. vol. 3.

CCLXXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 69. *p.* 424.

Liber inscriptus,

laò 老

çù 子

cië 集

kiaì, 解

Explicatio articulorum τῶ laò çù.

Scito τὸν laò kiún, laò çù & laò tān, eundem, & hominem extitisse nunquam, juxta quosdam; sed revera & Philosophus & Sectæ Author fuit.

Qui vitam hanc & τῶ laò tān articulos scripsit, ac videtur tá nîm kiù, Libros ejus omnes ad duo capita redigit, quorum unum taò kīm dictum sit, alterum tĕ kīm, alterum scilicet de *normâ morum*, seu taò, alterum de tĕ, seu *verâ virtute*; sed hi Libri & perbreves sunt, & per Sententias tantummodo propositi; ideò antiquitatem quandam redolent, unus eorum in 1°. vol. alter in 2°. invol. 1. vol. 2.

CCLXXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 28. *p.* 431.

Liber inscriptus,

xàm 上

lûn, 俞

id est, *Imperatoris* yûm chím, seu *ultimi*, *Oratio Imperialis*, in quâ Articulos 16 subditis suis rectè & accuratè considerandos proponit. Cum autem illic de variis Imperii Sectis obiter loquatur, id maximè notandum, Religionem Christianam, seu Sectam Christianorum, unà cum cæteris confusam, ab ipso fuisse. Unde ejus eâ de re mentem, & in Christi cultores odium statim perceperunt, qui in Sinâ Missionarii; mihi à *Premaro* missa est anno 1733. & ab eo reipsâ tempore quæ de Sinâ ad nos relata sunt, non nisi Missionariorum exilia & miserrimas persecutiones repræsentavêre. 1. vol.



LIBRI PHILOSOPHICI.

CCXC.

Cat. Bibl. Reg. n. 31. *p.* 418.

Liber inſcriptus,

chù 朱
çù 子
civên 全
xû, 書

id eſt, *τὸ* chù çù *Librorum collectio.*

Titulus horumce Librorum generalis, ſed opus unumquodque peculiari quodam titulo gaudet; nempe,

Primum eſt yuên kīm, quod eſt *Abyſſi ſpeculum*, *ſpeculum*, *quo in abyſſum penetrare poſſimus*, id eſt, *in cor humanum.* Ita inſcripſit ſuos in tá hiŏ, aut generatim in sû xû Commentarios Doctor chù vên kūm.

Hùc verò *Litteraturam* ferè omnem adducit breviter; nam de xí, ſeu *Poëſi*, de lì, ſeu *de Officiis*, de yŏ, ſeu *de Muſicâ*, de sīm lì, ſeu *de Naturæ ratione*, ac præterea lì & kí, ſeu *ratione per univerſum diffusâ*, idque ſat fusè agit; præterea de lûn yù, de mêm çù, de chūm yūm, per volumina 4; tum Librum yĕ kīm aſſumit vol. 5. 6. 7. Et poſtea de Familiâ xām loquitur, nimirum de ý ŷn, & cheú kūm, cujus ultimi extant Commentationes in yĕ kīm, imo agit de Authoribus quibuſdam antiquiſſimis, aut qui res manifeſtò antiquiſſimas ſcripſerint, ut liĕ taí, de quo ſupra ſcriptum hoc *τὸ* chù hī. invol. eſt 4. vol. 40.

Cat. Bibl. Reg, n. 32. *p.* 419.

Secundum eſt, cujus inſcriptio : *τὸ*

mŏ 晦
gān, 庵

additiones ad chù hī; miſcellanea ſunt itidem Philoſophica, ſed omnino varia, & de cæterorum Philoſophorum in varia Philoſophiæ problemata opinionibus, quæ ſæpe in utramque partem proponuntur. Multa illîc liberrima, ut quæ à Philoſophis Sinis,

Nullius addictis jurare in verba Magiſtri.

Involucr. 5. volum. 50.

Cat. Bibl. Reg. n. 33. *p.* 419.

Tertium eſt, cujus inſcriptio tūm pién, *ſimilium & differentium*, opus quoque latiſſimum, in quo infinita ſunt, quæ tum ad Antiquitatis notitiam, tum ad Philoſophorum dogmata ſpectent, ita ut propter hujuſmodi lucubrationes, *τὸν* chù hī, vel chù vên kūm, hominem quendam quaſi cælitus delapſum ſuſpexerint. Opus hoc ultimum involucr. 3. volum 26. ſed ſpiſſorum.

CCXCI.

Cat. Bibl. Reg. n. 41. *p.* 420.

Liber inſcriptus,

chù 諸
çù 子

hûm 鴻

çaò, 藻

id eſt, τε̃ chù çù *Vocum magnarum*, ſeu *auctè & magnè dictarum compoſitio & collectio Rhetoricè ornata.*

Apophtegmata ſunt *Veterum*, præſertim Magnorum Imperatorum, Litteratorum ac Philoſophorum; Liber verè elegans, ac brevitatis & profunditatis Sinicæ laude admirabilis. Incipit à vèn vâm, & videtur Author in pluribus τῆ τῶν laò sû faviſſe. Invol. 1. vol. 6.

CCXCII.

Cat. Bibl. Reg. n. 18. *p.* 373.

Liber inſcriptus,

ſim	*naturæ*	性
lì	*rationis*	理
tá	*magna*	大
civên.	*collectio.*	全

id eſt *Rationalis naturæ expoſitiones, à variis Philoſophis datæ.*

Ita inſcribitur Liber apud Sinas nominatiſſimus, ubi propriè de totâ Mundi machinâ, de rerum principiis, de Cæli, Terræ, Hominum naturâ, de Metaphyſicâ, Morali, Phyſicâ, Matheſi; eſtque Philoſophiæ totius, & materiarum ad Philoſophiam ſpectantium, collectio, expoſitioque.

Authores autem habet Philoſophos 40, quorum Anteſignani, præcipuè cheū çù, & duo fratres chîm çù vocati, qui anno Chriſti 1070, imperante xîm çum, Familiæ ſûm 6° vixêre; item chû çù, aliàs chû hī, mortuus anno Chriſti 1200, imperante ejuſdem ſûm Familiæ 13°. Nîm çûm, Vir celeberrimus, qui cum maximis Imperii muneribus defunctus eſſet, propter inſignem Litterarum, in omni genere, gloriam: Titulo eſt vên kûm ornatus, quaſi *Litteratorum Principem* diceres.

Floruêre etiam alii variis temporibus, ſed præſertim ſub yúm lŏ, Familiæ 21 tá mîm 3°, quâ ætate, qui degebant *Interpretes*, ſat magno numero, omnes ferè, juxta principia, 1°. cheū çù, 2°. Primorum 4. 1. cheū çù, 2 fratrum chîm çù, 3°. chù hī, philoſophati ſunt, quomodo apud nos *Primùm* quidem in Magiſtrum Sententiarum, *deinde* in Thomam & Scotum, ſive in Theologiâ, ſive in Philoſophiâ juratum eſt, uti nunc etiam, quoad rerum *Naturam*, alii in *Carteſium*, in *Neutonem* alii; ſed tamen, ut è multis conſpicio, nihil etiam hodie apud Sinas ferè illuſtrius quàm chù hī, cujus ſcientia, vel in proverbium abiit, *doctus ut* chù hī, *eruditus ut* vên kûm: Quo primùm tempore edita ſit, Philoſophicorum horumce Operum tanta hæc collectio, ſi Cupletio credas *Proœmialis declarationis* pag. 363 ad annum Chriſti 1415 τε̃ yúm lŏ 13° referenda fuerit; at enim, explicetur id neceſſe eſt; nam lucubrationes ſuas publicarant ætate unuſquiſque ſuâ Philoſophi, neque unquam vel in yĕ kīm, alioſque Libros Canonicos, vel in fú xû, ſeu Claſſicos, ac cætera priſcorum Opera, defuêre *Enarratores*, quod è traditione atque Hiſtoriis certiſſimum; ſed in chù hī ipſum Commentarios conſcripſêre poſtea plurimi, quos inter eminet lì kieū ngò. Hic è Provinciâ fŏ kién oriundus, Urbe civên cheū, idque ſub tá mîm, deſinente ſæculo Chriſti 15°, Opus ſuum uni è Diſcipulis ſuis hû quàm nomine reliquit. Editio ergo ejuſdem Operis procurata eſt anno 1419, ſub yûm lŏ.

Quod ſi nunc ex illâ ampliſſimâ Philoſophicarum opinionum expoſitione, delibare quid, aut generatim cognoſcere, in animo habueris, ſcito primùm, quoad Theologiam, de iiſdem Philoſophis aliter ab aliis cogitatum; ſunt enim hîc variæ admodum Sententiæ, cùm ab aliis Atheiſmi inſimulentur, ab aliis hujuſmodi crimen, ex omni Sina-

rum Scholâ ſemper exulaſſe defendatur. Deinde, ſi ad *Naturæ* principium, ſeu *Materiæ* eſſentiam & qualitates reſpexeris, ut apud Græcos, alia alii *Principia* rerum admiſêre; ita etiam ſtatue non eam eſſe inter Philoſophos Sinas conſenſionem, ut eundem *Naturæ* ortum, eundem curſum ſtabilierint; ut apud Græcos, aliter Pythagoras, aliter Anaxagoras, aliter Stoïci, aliter Epicurei, ſeu de *Naturæ*, ejuſque Phænomenis, ſeu de *Moribus*, eorumque cultu, diſſeruêre; ſic etiam apud Sinas, licèt in aliis rebus *Traditioni* deditos, aliam ab aliis initam viam, neque ab omnibus idem de ȳn & yâm, de tái kiĕ, ſeu *Mundi ſyſtemate*, aut *orbe illo immenſo*, ſeu de lì ac *Ratione* univerſam molem animante atque agitante, judicatum; præterea illic etiam, non ſolùm τῶ jû kiâo, ſeu Sectæ Litteratorum, Sententias, verùm, & τῶν foĕ, ſeu xĕ kiā, Japonicè xaka *Adoratorum*, & τῶν láo kiūn, & mĕ & yûm, antiquorum Philoſophorum dogmata & opiniones relatas; ita ut quidquid viri Philoſophi, à ſæculis triginta & amplius, idque, quomodo apud Græcos, imò liberiùs quàm apud Græcos, abſque ullo Dogmatum præcedentium & retrahentium fræno, animo concepêre; illud omne, hoc eſt, nudas humani ingenii vires conſpicere ſit, quod ſanè curioſum ac perutile: neque enim conſiderandum hîc eſt, accuratiuſne, aut ſubtilius, aut ſublimius quàm nos philoſophati ſunt? quid? Ignoramuſne eam, quæ nunc viget, *Philoſophiam*, aut quod verius dicetur, eas, quæ nunc in honore *opiniones*, vel olim contemptas, vel in poſterum commutandas, & quas hiſce etiam ultimis temporibus in pretio habitas eſſe ſcimus, has eaſdem jam vileſcere? Itaque hic quærenda potius quædam humani ingenii, variorumque aut Moralium, aut Phyſicorum ac Metaphyſicorum Syſtematum Hiſtoria, item quomodo excogitata, quomodo defenſa.

Hæc atque alia ejuſdem generis infinita reperiuntur in collectione hâc Sinicâ, unde titulus ſím lì tá civên, *magna collectio*, &c. Hæc eſt in vol. 2. vol. 20.

CCXCIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 26. p. 396.

Liber inſcriptus,

ſím
lì
tá
civên.

Habes characteres n°. præcedenti.

Vide n°. 292. involucrorum 2. vol. 12.

CCXCIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 28. p. 396.

Liber inſcriptus,

ſím
lì
tá
civên.

Habes characteres ſupra n°. 292.

Libri ſím lì tá civên tractatus trigeſimus ſextus imperfectus, 1. vol.

Cat. Bibliot. Reg. n. 29. p. 396.

Idem Liber, ſed vol. 22. invol. 2.

CCXCV.

Cat. Bibl. Reg. n. 37. pag. 420.

Liber inſcriptus,

yú 御
chí 製
ſím 性
lì 理
tá 大
civên xû,

civên 全

xû, 書

id eſt, *Librorum de Naturæ ratione Philoſophicorum magna collectio.*

Impreſſionis Imperialis eſt, & Authores Mandarini Collegii hán lîn. Vide quæ annotavimus n°. 292. involucr. 4. volum. 42.

CCXCVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 19. p. 373.

Liber inſcriptus,

sím 性

lì 理

chú, 註

id eſt, *Commentarius in Rationem univerſalem.*

Editio eſt recens, & imperante kām hī, anno Chriſti 1685. procurata. Author autem Commentarii eodem tempore in vivis fuit, & vocabatur cheū hoaî. invol. eſt 2. vol. 12.

CCXCVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 27. p. 396.

Liber inſcriptus,

sím 性

lì 理

tá 大

civên 全

xû 書

ciĕ 輯

yaô, 要

id eſt, *Directorium ad magnam Librorum sím lì collectionem legendam & intelligendam.*

Commentarius eſt in eandem Philoſophiam Sinicam, variaſque Philoſophorum Sinarum opiniones. Vide ſuprà n. 292. vol. eſt 4.

Idem Liber aliæ editionis, vol. 3.

CCXCVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 30. p. 396.

Liber inſcriptus,

sím 性

lì 理

tá 大

civên 全

çúm 綜

yaó, 要

id est, *Collectio aut concordantia* τȣ sím lì tá civên, sive *Opinionum Philosophicarum in* sím lì *contentarum.*

Vide, quæ de hoc Libro, ejusque Commentariis diximus n°. 292. volumina sunt 12.

CCXCIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 38. *pag.* 420.

Liber inscriptus,

sím 性

lì 理

tá 大

civên 全

hoéi 會

túm, 通

id est, *De Naturâ collectio generalis & perfecta*, seu quod idem est, *quæcumque ad intelligendos* τȣ sím lì tá civên *Libros omnes facere possunt, unà simul breviter congregata.*

Liber idem, editionis aliûs antiquioris; est enim sub Dynastiâ τῶν mîm, idque Imperium tenente yûm lö procurata. Authores etiam Collegii hān lîn Mandarini. Vide etiam supra n. 292. involucr. 4. vol. 34.

CCC.

Cat. Bibl. Reg. n. 18. *pag.* 419.

Liber inscriptus,

sím
lì
tá
civên
hoéi
túm.

Habes characteres supra n°. 299.

id est, *Philosophiæ*, seu potius *Physicæ, & eorum, quæ ad Physicam pertinent, Operum collectio amplissima.*

Idem Liber est qui supra n. 292. involucr. 2. volum. 40.

CCC.

Cat. Biblioth. Reg. n. 39. *pag.* 420.

Liber inscriptus

sím 性

lì 理

hoéi 會

túm, 通

id est, τȣ sím lì, seu *Librorum de Naturâ*, seu *Physicâ Philosophicorum collectio generalior.* invol. 1. vol. 6.

CCCII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 17. *pag.* 429.

Liber inſcriptus,

sím
lì
hoéi
ťúm,

Habes characteres ſupra n°. 301.

id eſt, τῦ sím lì, ſeu *eorum, qui* sím lì, ſeu *Scientiam naturalem aut Phyſicam componunt, Librorum, collectio generalis.*

Hæc collectio facta eſt ſub tá mîm, regnante yûm lŏ. Vide quæ ſupra annotavimus de sím lì generatim.

invol. 1. vol. 14.

CCCIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 40. *p.* 420.

Liber inſcriptus,

sím 性

lì 理

goéi 彙

yaô, 要

id eſt, *variarum, quæ in* sím lì *continentur opinionum, brevis collectio & ſcopus.*

Author chĕn hoái, editio τῶν mîm temporibus, & ſub çum chim. invol. 1. vol. 9.

CCCIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 34. *pag.* 419.

Liber inſcriptus,

çīn 津

tái 逮

pî, mĩ 秘

xû, 書

id eſt, τῦ pî xû, *Porta Draconis tacta & cuſtodita.*

E Sinarum *Fabulis* deſumptus hic *Titulus*: fingunt enim locum beatitudinis ac veræ ſcientiæ, ac vitæ undequaque circumſeptum, & ab immenſæ magnitudinis *Dracone* cuſtoditum, ne quis impius, ne quis è non *adeptis* ingrediatur; & hinc, qui in arte magnâ, ſeu lapide, ut aiunt, Philoſophico, inveniendo, operam ponunt, quod apud Sinas eodem prorſus modo fit, quo apud Gentes cæteras: (Philoſophi enim ejuſmodi extitêre, atque etiamnum exiſtunt multi,) ii illam eandem artem tenebris, atque impenetrabili caligine offuſcare ſolent; ſed quemadmodum apud Cabbaliſtas Hebræorum ac Muhammedanorum, v. g. Gecatilia, ſeu Caſtilienſem, quemadmodum apud noſtros Capnionem, Fluddum, Vanhelmontem, Roſenrothium, ac cæteros: Cabbalæ atque *Artis* occaſione, idque arcanorum nomine exponuntur *Quæſtiones*, atque Hiſtoriæ numero infinitæ; ita hic apud magnum hunc Sinarum Cabbaliſtam, ſeu potius Cabbaliſtas, (nam collectio eſt) innumerabiles tum *Naturæ*, tum *Artis*, aut potius artium inventiones, quin reperiantur, cave diffidas, aut dubitaris.

1°. Opus eſt per ſe quaſi immenſum, cum partium ſit 15 magnarum. Continet autem varia ſublimis illius Philoſophiæ *Monumenta*; ita ut in involucris 20. habeas volumina 163.

CCCV.

Cat. Bibl. Reg. n. 31. p. 396.

Liber inſcriptus,

tí 第 ù 五 çâi 才 çù 子 xû, 書

id eſt, *Tractatus ſingularis de 5 elementis.* Elementa apud Sinas, ut jam didiciſti, habentur quinque, *Aqua*, *Terra*, *Aer*, *Ignis*, ut apud Græcos Philoſophos; & præterea *Lignum*: quâ de re videſis Diſſertationem R. Patris Longobardi, &c.

Author non nominatur, ſed vixit, aut potius opus ejus impreſſum eſt, imperante apud Sinas çûm chīn, id eſt, τῶν tá mîm ultimo, vol. 16.

CCCVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 35. p. 419.

Liber inſcriptus,

vâm 王 yâm 陽 mîm 明 vên 文 çiĕ, 集

id eſt, τῦ vâm yâm mîm *Operum collectio.*

Propriè Miſcellanea ſunt philoſophica, ſeu Hiſtoricophiloſophica, per Articulos quoſdam non longos, ſed numero ferè circiter 500 diviſa, in quibus de antiquis Libris & Hiſtoriis liberè & criticè agit; ſunt etiam Antiquorum monumenta quædam excerpta, & multa reperies de quorumdam Regum Hiſtoriâ, ac de Philoſophorum illuſtriſſimorum vitâ & moribus, imo de hoc vel illo Hiſtoriæ articulo, quem aut rejicit Philoſophus, aut calculo ſuo confirmat. Vixit autem vâm yâm mîm, regnante τῶν mîm illuſtri Familiâ. Involucr. ſunt 2. volum. 16.

CCCVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 37. p. 397.

Liber inſcriptus,

tái 太 pîm 平 vân 萬 niên 年 xû,

xû, 書

id est, τȣ̃ tái pīm *Liber omnium annorum.* Liber est Miscellaneus, seu Registrum. In fine Dissertatio est de tái kiĕ, sed non perfecta, sculpturæ menda etiamnum corrigenda, illic indicantur. 1. vol.

CCCVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 39. p. 398.

Liber inscriptus,

xû 書
kīm 經
mûm 蒙
ỳn 引
tá 大
civên, 全

id est, *Magna Collectio, comprehendens quidquid ad abstrusa τȣ̃* xû kīm *explicanda, conferre potest.* Editio non est nitida. 16. vol.

CCCIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 36. p. 419.

Liber inscriptus,

hán 漢
goêi 魏
çûm 叢
xû, 書

id est, *Opusculorum τῶν* hán *&* τῶν goéi, *ætatibus editorum, collectio seu concervatio.* In hanc collectionem contributa, opera quædam, non ampla quidem, sed à magnis Viris aut elaborata, aut recuperata, è quibus in antiquorum Sinarum doctrinam atque artes redundat non exigua lux. Multa ergo illic de cheū kūm, de taì kia, de taì pĕ, de ý ўn, aliisque quàm plurimis, aut *Colais*, aut Doctoribus, quo circa in voluminis ferè uniuscujusque capite Præfatiunculæ sunt, quæ de unoquoque opusculo, quid sit, & unde venerit, doceant. Author Collectionis tū lūm, idque τῶν mím tempore. involucr. 5. volum. 60.

CCCX.

Cat. Bibl. Reg. n. 32. p. 396.

Liber inscriptus,

chū 朱
çù 子
kiā 家

lì, 禮

id est, τὸ chū çù, *aliàs* chū vên kūm *ritus domûs*, seu *quæ ab homine domui observanda*.

Tractatus est moralis, de iis omnibus, quæ à Sinis domi fiunt, aut fieri debent, ut mores Familiæ uniuscujusque ad virtutem dirigantur. Agitur de variis hominum, in hâc vel illâ conditione positorum, officiis, sed præcipuè de vitâ domesticâ. Voluminum est 2.

CCCXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 34. *p.* 297.

Liber inscriptus,

vên 文

kūm 公

kiā 家

lì, 禮

id est, τὸ vên kūm, *aliàs* chū çù, *Ritus*, seu *Modus vivendi domesticus*,

Opus apud Sinas magni semper factum: quæcunque enim viro Sinæ agenda, ea per omnem vitæ cursum dirigit, sive ad mutua viri ac mulieris, parentum & natorum, item propinquorum & amicorum inter se officia; sive ad Religionem, Aulas Majorum, Sacrificia, & generatim cultum Religiosum. 4. vol.

CCCXII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 33. *p.* 396.

Liber inscriptus,

kūm 孔

çù 子

kiā 家

yù, 語

id est, *Discursus*, seu *Dissertationes in Domum* seu *Familiam Confucii*.

Per totum hunc Librum, referuntur facta, dictaque Philosophi *Confucii*, (Kūm fū çù) & quidquid sive domi, sive inter amicos, etiam dum Reipublicæ operam dabat, fecit, dixitve. Ita ut propriè *Confucii* vita dici possit. Volum. est 1.

CCCXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 38. *p.* 397.

Liber inscriptus,

hiaó 孝

kīm 經

yèn 衍

ý, 義

id est, ὁ hiaó kīm, seu *Tractatus de obedientiâ, apud Sinas commendatissimus, extensione debitâ auctus & ornatus*.

Hoc opus in totâ Sinâ nominatissimum, ab Imperatore Kām hī anno ejus Regni 29, atque ex Typographiâ Imperiali impressum est, & *titulus* apprimè convenit; nam Voluminum est 30, & Capitum, aut potius Sectionum 100. Investigat autem officia mortalium omnia, & quæcumque homines ex obedientiâ exequi necesse est, si officio, ex rationis dictamine, fungi, ac proinde ad hujus vitæ tranquillitatem ac felicitatem pervenire voluerint.

Est igitur 1°. Præfatio triplex; eaque ampla, & quæ ad virtutis laudem, præsertim ex Antiquorum institutis tota referatur. Nam Author id statuit, quod à Sinis vulgo credi video, Gentem suam totam, à primâ antiquitate semper eandem permansisse, nec diversis unquam usam esse Legibus. Loquitur etiam de Libris, quos Sinæ identidem ediderunt, de hiaó; sive virtute illâ, quæ apud eos summa habetur, *obedientia* nimirum: indicant enim, ex eâ oriri bona societatis humanæ ferè omnia, cum Terra nihil homini ad vitam tuendam deneget, rebusque necessariis nunquam careat, nisi mutuâ charitate offensâ; quod si terrarum Incolæ sibi invicem divinâ providentiâ subjecti, eâ, quâ debent, comitate ac bonitate erga fratres, erga propinquos, erga Imperatorem viverent, accidere nullo modo posset, cum ex mutuo illo nexu, cuncta cuncti inter se concederent.

Operis ordo hic est: Agit 1°. de Justitiâ, Fide & cæteris Virtutibus, atque Urbanitate generatim. Deinde ad paternitatem; seu ea officia descendit, quorum in Patrem ac Matrem debitores sumus, idque, Naturâ ipsâ duce: tum ad fratrum amorem ac concordiam procedit; inde ad matrimonium marisque ac fœminæ conjunctionem delapsus, principium quoddam societatis atque urbanitatis statuit; inde Cæremoniarum ac Rituum usus; inde harmonia, honor, & contra, suppliciorum quædam ex eâdem naturâ necessitas; postea ad debitam Imperatori, Magistris & Magistratibus obedientiam progreditur, atque illic campus rerum infinitus, quem totum doctè ac sapientissimè percurrit. Itaque volum. ut dixi, Liber est 30.



LIBRI MEDICI.

CCCXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 36. p. 397.

Liber infcriptus,

hoâm 黃
tí 帝
núy 內
kīm 經
lîm 靈
chū, 樞

id eft, *Excavatio fpiritalis* (inquifitio profunda) *in* núy kīm; (Librum infcriptum núy kīm) hoâm tí, (feu ab hoâm tí) *de Medicinâ compofitum.*

Hic Liber fortè eorum, quos cognofcimus, omnium antiquiffimus eft, nifi fortè lineas yĕ kīm primis illis temporibus jam tum expofitus, ac Commentariis illuftratus, dixeris. 1. vol.

CCCXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 33. p. 431.

Liber infcriptus,

hoâm
tí
núy
kīm
lîm
chū,

Habes characteres n°. præcedenti.

Pars eft τȣ̃ núi kīm, eaque 69. fcilicet Libri & Commentariorum ejus à sŏ yên editorum.

Liber ex iis, quos à privatis quibufdam emi. 1. vol.

CCCXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 34. p. 376.

Liber infcriptus,

cém 增
pù 補
kù 古
kīn 今
y 醫
kién, 鑑

id eft, *Ad antiquum ac novum Medicorum fpeculum, fupplementum.*

Lûm sín, cum Medicus effet, & famâ apud Sinas celebris, multaque ipfe & ab aliis auditu didiciffet, & in Libris tum veterum, tum ætatis fuæ Medicorum legiffet, imo & inter plebem, quæ ad ratiocinationem tantummodo & methodum

thodum reducenda videbantur, experientiâ factâ comprobasset, ea omnia, in hunc Librum, sed suo quæque ordine collegit, & habet non pauca, quæ *Arcanorum* nomine tradit, tanquam ab aliis Medicis aut neglecta, aut ignorata.

Fuit autem lûm sín Medicus unius è tá mîm, ejusque Liber impressus est imperante xún chí 72 kām hī patre. 4. volum.

CCCXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 33. *p.* 375.

Liber inscriptus,

y 醫
çûm 宗
piĕ, pĭ 必
tŏ, 讀

id est, *Quod à Medicis, tanquam in eorum Arte præcipuum, oportet legi*, seu *Medicorum studium principale ac necessarium.*

In hoc opere ea inquiruntur, quæ 1°. per se ac præcipuè à Medico legantur ac discantur, necesse est; quod non solùm ad Libros ac studia, sed etiam ad dirigendos Medici mores, totamque vitæ rationem spectat. Scriptum est autem à summo Medico, cui nomen lì chūm çù, quique erat Imperatoris çûm chīm, aliàs hoaî çûm, Familiæ tá mîm 17. Medicus, circa annum Christi 1626.

Impressum est eodem ferè tempore, & est volum. 4.

CCCXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 18. *p.* 386.

Liber inscriptus,

vaì 外
kŏ, kuŏ 科
chū 樞
yaô, 要

id est, *Extraneorum*, seu *in locis extraneis colligi solitorum remediorum cardo* seu *methodus.*

Doses sunt, seu variæ rerum, herbarum scilicet, mineralium, &c. ad sanandos morbos, à Medicis adhibendarum quantitates: quemadmodum enim apud nos, ita apud Sinas Medici, ad eos, qui apud Sinas nascuntur, morbos expellendos, remediis ferè extraneis utuntur.

Procedit autem Tractatus hic, ita ut 1°. genus morbi apponat, deinde varias Remediorum *receptiones* indicet, quâ in re id etiam præstat, ut loca Remediorum, id est, eas, è quibus afferuntur Regiones, indicet. Cæterùm hic non nisi Kivên, seu pars Libri totius quarta. 1. vol.

CCCXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 61. *p.* 382.

Liber imperfectus inscriptus,

ván 萬
pím, 病

id est, *Omnes morbi.*

Continet tantummodo quædam Libri

capita, id est, vol. secundum & quintum; sed præcedunt variæ *morborum*, & *ventorum*, & *plantarum* enumerationes. 2. volum.

CCCXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 30. *pag.* 375.

Liber inscriptus,

luí 類

kīm, 經

id est, *Anatomia Liber.*

Sciunt omnes in Sinicâ Gente, propter venerationem quandam, quæ apud nos, aut Gentes, Sinis paulò ferociores, superstitio potius diceretur, ut reverâ est, nobilissimam illam Medicinæ partem, quæ *Anatomia* vocatur, diutius nimisque neglectam; ex quâ tamen humani corporis partium ignoratione, mirum est, quanta enascantur pericula; quod si ad internam corporum curationem, morbosque minus pertinere videatur, ad vulnera saltem, & eos, qui corpori infliguntur ictus, imo ad omnes omnium membrorum luxationes, usui est maximo, quod Medicis Sinis, ab omni ætate persuasum quis non existimet? Sed Genti cedendum toti, nec quidquam adversus tam constantes patrum, avorumque suorum cultores vel tentandum.

Itaque hâc de parte Medicinæ Scripta extant pauciora, aut si in omnibus de Medicinâ Libris, eâ de re agatur, ut reverâ est factum; id minutius, neque eâ, quam oportuit, diligentiâ, de quo non questi semel Medici Sinæ: Gens enim Medica ubique Sapientum nomine venit, & qui *Sapientem* dicit, *non* nimis *superstitiosum* indigitat.

Scito autem hunc, quo de agitur, Librum, vocari kīm, quæ vox Libris sacris quodammodo propria, idque inde etiam ortum, quod primus de Anatomiâ scriptus Liber, hoâm tí Authore ante Christum 2706. compositus nuí kīm appellaretur: De nuí kīm videsis *Cleyerum.*

Luí kīm 1°. exaratus est, imperantibus tá mîm, 2°. sub Imperatore tiēn kì, aliàs hī çūm, ejusdem Familiæ 15. 3°. à Doctore chām kiaí pīn; conscripsit autem, ita ut à principiis τȣ nuí kīm, non omnino recederet, (quæ antiquis apud Sinas reverentia est,) sed verisimilia adductis argumentis novis comprobaret, à veritate, & experimentis aliena, vetustate excusatâ, & prætensâ Mundi & Artium novitate quasi molliret. Cæterum impressus est, imperante eâdem 21 Familiâ tá mîm, & continet involucris 3. volumina 15.

CCCXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 59. *p.* 381.

Liber imperfectus inscriptus,

xām 傷

hân 寒

chàm 掌

tû, 圖

id est, *Tabula* seu *Index rerum ad compescendam vulnerum tyrannidem idonearum.*

Liber est Chirurgicalis, & non solùm de vulneribus, sed etiam de earum curatione, & variis ad eam rem necessariis herbis agit. 1. vol.

CCCXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 58. *p.* 381.

Liber inscriptus,

chīn 針

kieú 灸

çĕ 摘

yaô, 要

id eſt, *Ars puſtulas acû Chirurgicâ tollendi.*

Non impreſſus eſt, ſed manuſcriptus, procul dubio ab Europæis, qui illic Chirurgicam exercuêre : *pag.* 5. 6. 7. Tabulæ ſunt *anatomicæ* variorum manûs aut brachii ſituum, cum eorum locorum indicatione, qui pungendi. 1. vol.

CCCXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 32. *p.* 375.

Liber inſcriptus,

taí 太

ſó, ſú 素

mĕ 脉

kiuĕ, 訣

id eſt, τὸ taí ſú *pulsûs motus.*

A Sinis cognitionem pulſûs eximiam expectari poſſe, judicare debent omnes, cum in hâc Medicinæ parte, experientiam Sinæ Medici acquirere ſibi cogantur multò majorem, quam apud cæteras Gentes ſolitum ſit; itaque hîc mira quædam de pulſu, aut potius variis variorum corporis membrorum *pulſibus*; nam *pulſum* in toto ferè corpore inquirunt, atque ex eâ perquiſitione, ſæpe diuturnâ, morbos mirum in modum perſentiſcunt, ut notum eſt, & ab omnibus Relationum Authoribus dictitatum. Poſtquam taí ſú Librum hunc Juris feciſſet publici, Commentatorem reperit Pĕ ciâm, à quo Liber mĕ kiuĕ Commentariis illuſtratus eſt, idque imperante Ván liĕ, aliàs xín çūm, Familiæ 21. 14°. ſæculo poſt Chriſtum natum 16°. Habet autem in vol. 1. vol. 4.

CCCXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 60. *p.* 382.

Liber imperfectus, ſine titulo, & laceratus, cujus inſcriptio eſt;

taí
ſó, ſú
mĕ
kiuĕ,

Habes characteres n°. præcedenti.

id eſt, *Pulſûs determinatio.*

Norunt omnes apud Sinas cognitionem pulſûs ſemper cultam, idque ita, ut Medicos Orbis Terrarum univerſos, hâc illâ pulſûs, ſeu potius variorum pulſuum detegendorum dexteritate ſuperarint : eâ de re legendi, & Jeſuitæ in Epiſtolis, & præſertim *Cleyerus.* Dolendum, quod Liber ad nos allatus ſit mutilus; 1. vol.

CCCXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 27. *p.* 374.

Liber inſcriptus,

puèn *proprietatis* 本

çaò *herbarum* 草

kām *caput* 綱

&

mŏ. *oculus.* 目

id eſt, *Medicinalium herbarum ac plantarum repræſentatio*, *ſeu principia.*

Quanquam non niſi de *herbis*, *plantis*que Librum hunc agere ex inſcriptione judicari poſſet, tamen id inde factum, quia, quæ de Medicinâ apud Gentes plærasque ſcribuntur, ea à Botanicâ incipiunt; nam *ſcire poteſtates herbarum* voluêre primitùs, qui vel morbos corporis internos, vel vulnera corpori humano inflicta, curare ſatagebant: itaque in hâc Medicâ Sinarum collectione, *Artem* quodammodo totam incluſerunt; neo de *herbis* ſolùm, ſed de *plantis* omnino omnibus, *arboribus*, *fruticibus*que, de *ſeminibus*, de variis *granorum* generibus, de *leguminibus*, de *fructibus*, de omni *radicum* ſpecie, imo de *foſſilibus* ac *mineralibus*, ac præterea de *animalibus* agitur, quorum omnium reperire illic deſcriptionem poteris accuratam, quænam uniuſcujuſque proprietas, & quæ inde fieri conſueverint medicamenta. Primus rerum harumce Collector ac proinde Medicus fuiſſe dicitur ipſe Imperator hoâm tí, ante Chriſtum 2706. nam primi illi Imperatores, hoâm tí, xîn nûm, yaô & alii, ſi Sinis credas, non regnavêre ſolùm, ſed etiam, *Artium* præſertim generi humano *utilium*, *inventores* extitêre, quod in Gente, Litteris atque paci addictâ ſat veriſimile. De Medicinâ Sinicâ, videndi ſunt *Mullerus*, Commentatione alphabeticâ *pag.* 40. *Gruberus*, *Trigaltius* & alii, ſed præſertim *Cleyerus*, & quæ eâ de re *Duhaldius*. Sed tamen narrationibus Viatorum fabuloſis plæriſque, cave omnino credas: neque enim audiendi, qui hiſtoriolas ſæpe ridiculas, de hoc vel illo potius Medico ignaro quam de vero Medicinæ ſtatû è Libris Medicorum Sinarum unicè petendo, narravêre. Ut redeam, Collectio hæc nihil, niſi opus variorum Medicorum antiquorum, ab aliis Medicis ac Philoſophis per diverſa tempora auctum, amplificatumque, quorum ultimus

lì 李

xî 時

chīn, 珍

cujus operâ impreſſum eſt, imperante apud Sinas xùn chí, 7ᵘ kām hī patre. Continet autem ſub invol. 4. vol. 32.

CCCXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 19. *pag.* 386.

Liber inſcriptus,

puèn
çaò
kām
mŏ,

Habes characteres ſupra n°. 325.

id eſt, *Vera idonearum Medicinæ herbarum aut plantarum repræſentatio*, ſeu *ea principia*, *queis datur ſua unicuique plantæ proprietas.*

Liber idem quo ſupra, de quo leges notitiam. Impreſſus eſt autem imperante xùn chí 7ᵘ kām hī patre, & adſunt initio *Præfationes* complures, in queis de primis *herbarum* collectoribus fŏ hī, hoâm tí, xîn nûm, & antiquiſſimis Medicis, de *herbarum ordinatione* per *claſſes*, primum quidem generum, deinde ſpecierum: introductio parva ad *Herbarium*: ſequitur *herbarum* ipſarum, deinde variarum *plantarum*, atque etiam *animantium* repræſentatio.

Volumina eſſe deberent multa, ſed ſunt tantum 26. & præterea tomus 31. itaque deſunt tomi 27. 28. 29. 30. 32. neque alii è Sinâ allati.

CCCXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 44. *p.* 421.

Liber inſcriptus,

puèn
çaò
kām
mŏ.

Adſunt

Adſunt characteres n°. 325.

id eſt, *Principia neceſſaria ad proprietates herbarum cognoſcendas*, vide ſupra. Hic invol. 4. vol. 40.

CCCXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 63. p. 382.

Liber imperfectus inſcriptus,

puèn
çaó
kām
mŏ.

Habes characteres n°. 325.

τῶ puèn çaò caput 18.

Editio eſt peſſima, & agitur tum de *herbis*, *plantis*que, tum de *animalibus*, quæ omnia illic depinguntur, ſed parum accuratè: volumina ſunt tria, id eſt, 4. 12. & 13.

CCCXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 62. p. 382.

Liber imperfectus, ſine principio & fine, cujus tamen titulus fuit,

puèn 本
çaò 草
tūm 通
hiûen, 玄

id eſt, *Libri* ſeu *Tractatûs de plantis penetratio excitata.*

Adeſt tamen Præfatio triplex, prima charactere liberiori, ſecunda & tertia iis characteribus, qui *vulgares* & *recti* appellantur. Ibi autem de Libri Authoribus ac famâ, itemque de Botanicæ utilitate agitur.

Sequitur Catalogus Librorum Medicinæ complurium, fermè ad 29, eâdem de re ab antiquis Medicis editorum

Poſtea eſt alius etiam Index variorum, qui de *Botanicâ* ſcripſerunt, *Authorum*, & indicantur ferè 46.

Tum memorantur *herbarum* innumerabilium nomina, quarum deinde *proprietates* exponuntur, patriâ non ſolùm commonſtratâ, ſed quoad ſoli naturam, indolemque deſcriptâ. 1. vol.

CCCXXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 28. p. 374.

Liber inſcriptus,

puèn 本
çaò 草
mûm 蒙
civên, 全

id eſt, *Inſtrumentum quaſi piſcatorium & ſagena ad excerpenda, quæ ſunt in* puèn çaò.

Hic Liber, non niſi abbreviatio quædam eſt, amplæ illius collectionis Medicæ, de quâ ſuprà; itaque tomo primo quaſi per Catalogum dantur nomina *herbarum* omnium, item Indices rerum aliarum multiplicium, in τῶ puèn çaò contentarum.

Tomi cæteri de ipſis *plantis*, aliiſque materiis agunt, ſed brevius.

Scriptus autem eſt, & Commentariis illuſtratus à chîm kiā mŏ. Qui Author ſæculi 16 initio vixit, idque imperante apud Sinas kiā çīn, Familiæ 21. tá mîm 12°. Impreſſus verò Liber ſub kām hī, & eſt voluminum 5.

CCCXXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 29. p. 375.

Liber inſcriptus,

fuēn 分

pú 部

puèn 本

çaò; 草

id eſt, *Tractatus particularis de plantarum proprietate.*

Cum in puèn çaò digreſſiones multæ ſint, reſque à ſe invicem diverſiſſimæ, licèt ad materiam Medicam omnes referantur, Kú húm pĕ, inter Medicos ætatis ſuæ illuſtris, quæ de plantis, huc illuc ſparſæ, aut Diſſertationibus longioribus explicatæ erant de *plantarum* naturâ & ſpeciebus *Notæ*, eas in unum hunc Tractatum concludere in animo habuit, ut Medicorum filiis, cognitionem *Botanicæ* faciliorem redderet. Revocavit ergo *plantam* aut *herbam* unamquamque ad genus aut ſpeciem ſuam, diviſitque per *claſſes*, ita ut, quam libuerit, reperias ſtatim, remotis, quæ per immenſa illa volumina tædio erant, inquiſitionibus.

Author, qui item magni nominis Medicus, vixit imperante çūm chîm, çūm chîm verò fuit τῶν tá mîm, id eſt, Familiæ 21. Imperator 17 & ultimus, qui etiam vocatus eſt, ut jam alibi diximus, hoaî çūm, ſæculo Chriſti 17°.

Impreſſus eſt ſub xún chí, & continĕt involucr. 1. volumina 3.

CCCXXXII.

Cat. Bibliot. Reg. n. 31. p. 375.

Liber inſcriptus,

tûm 銅

gîn 人

chīn 針


kieù 灸

tû 圖

kīm, 經

id eſt, tûm gîn, *Bubonum* ſeu *Puſtularum acû aperiendarum Tabulæ*, ſeu *Liber Tabularum Chirurgicarum.*

Liber hic totus figuras varias exhibet, ſive virorum, ſive fœminarum, idque eâ mente, ut diverſi hominum à Chirurgis pungendorum, in omnibus corporis partibus ſitus cognoſcantur, quales apud nos Libri Chirurgici plærique. Scriptus autem Liber ſæculo Chriſti 11. cum in Sinâ imperaret Familia ſúm, & ſub gîn çūm, ejuſdem Familiæ 4°. Cyclo 63. Author fuit ejuſdem Imperatoris Medicus, ſed impreſſio anni 1442. anno 78 chîm tùm 4°. qui Familiæ tá mîm Imperator 6. Sunt autem ejus Libri vol. 3.



LIBRI ARTIUM.

CCCXXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 43. *p.* 398.

Liber inſcriptus,

uám 妄

chén 占

pién, 辯

id eſt, *De malâ uſurpatione diſceptatio.*

Expoſtulatio eſt τȣ̃ yām kuām ſiēn, de Tribunali Mathematico, à Societatis Jeſu Patribus, ut ipſe dicebat malè ac contra jus omne uſurpato, cum ab Imperatore, ob majorem Mathematicorum ſcientiam, aſciti ſunt ad Matheſeωs Tribunal. 1. vol.

CCCXXXIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 25. *p.* 374.

Liber abſque inſcriptione,

Liber organicus Aſtronomiæ apud Sinas reſtitutæ, ſub Imperatore Sino-Tartarico kām hī appellato, Authore P. Ferdinando *Verbieſt*, Flandro Belgâ Brugenſi, è Societate Jeſu, Academiæ Aſtronomicæ, in Regiâ *Pekinenſi*, Præfecto, anno ſalutis 1663.

Opus hoc totum machinis variis tum ad *Spheram*, tum ad cæteras Matheſeωs partes attinentibus exhibendis, delineandiſque occupatur.

Præit tantum *Præfatio* Sinica, quæ figurarum illic contentarum, & modum, quo modo fieri debeant, & uſum ad has vel illas Artes, ad hæc vel illa opera, idque generatim tantummodo exponit. Multa ſunt quæ ad *Geographiam*, *Tabulas*que Geographicas conficiendas, multa quæ ad luminis *refractionem*, itemque ad *ſpecula* elaboranda, eorumque ſpecies diverſas, imo ad *Hydraulicam* & *Agriculturam* referantur. 1. vol.

CCCXXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 22. *p.* 373.

Liber inſcriptus,

yuĕ 月

lím 令

kuám 廣

ý, 義

id eſt, *Lunarum ordinationis lata expoſitio.*

Sæculis abhinc non multis, invectam à nobis *Aſtrologiæ* & *Aſtronomiæ* differentiam, eaſdemque & ab antiquis Mathematicis, & à doctis Orientalibus omnibus hactenus confundi, notius eſt quam ut commemorari debeat. Sinæ ergo, quomodo Gentes Aſiæ cæteræ, ſcientiam utramque, ſive in *Kalendariis* ſuis, ſive in aliis Matheſeωs tractatibus adhibent; præterea, cum ad Rempublicam illic vulgò referantur, quæcumque de *Cælo* & *Syderibus* obſervata, Hiſtorias etiam varias, & Imperii mutationes & Bella ante eaſdem exorta, in memoriam reduci, atque in iiſdem Libris, minutim, ac ferè per ſingulas Dominationes pertractari, nemo non videt. Talis ergo hic liber, è quo non ſolum, quæ ad *Aſtronomiam* Sinicam, *Aſtrologiam*que ſpectant, ſed etiam, quæ ad Annalium Sinicorum materiem, reſque per varia ſæcula, & Regibus, & Imperatoribus geſtas, cognoſcendas, conferunt, abun-

dè haurire eſt, imo, quod maximè notatu dignum, adducuntur etiam de antiquis Mundi & Aſtrorum ſyſtematibus, quam plurima, ex queis, ſaltem Aſtrologiæ, & Aſtronomiæ apud Sinas Hiſtoriam diſcas, quam deinde, unà cum Græcis, Arabibuſque, & noſtris poſtea compares.

Author hujus præcipuus (nam multorum eſſe opus vulgo autumant) eorumque vetuſtiſſimorum, fuit lù pŭ guéi, eratque, ut ex Annalibus patet, τϑ xì hoâm tí tempore, Imperii Adminiſter. xì hoâm tì, is eſt, quem muri illius famoſi ædificatorem ſcimus, hoſtem, ut vulgò contendunt, Librorum, Authorumque, quique, Litterarum odio, opera Veterum omnia concremari juſſerit; ſed & fabulam eſſe jam monui, quam arguit impoſſibilitas, & præterea ex hoc, ſimilibuſque áliis Libris, eodem regnante, exaratis, mirum eſt quàm refutetur. Cæterum, commemorantur hic, qui in hunc Librum incubuerint Commentatores multi, inter quos anteſignanus, Author, de quo ſæpius dictum, totâque Sinâ adhuc celederrimus, chū vên kūm, is ergo, ſæculo Chriſti 13°. cum memoriam τϑ lù pŭ guéi apud Aſtronomos non obſcuram, ſuſcitare quodammodo, atque inter Sinas, tanquam Authoris apud antiquos venerandi, propagare in animo haberet, quod in alios multos, immenſâ illâ ſuâ ſcientiâ, beneficiùm contulit, non ſolùm opus ejus correxit, atque edidit in publicum, ſed etiam Commentariis & Additionibus maximis locupletavit.

τὸν chū vên kūm ſecutus eſt alius Commentator, cui nomen hûm ým kīn, ejuſque extant *Notæ* elegantes. Denique ſæculo 16°. Imperante ván liĕ, Diſcipulus ejuſdem hûm ým kīn, taí gín nomine, expoſitionem Magiſtri ſui, animadverſionibus etiam ſuis illuſtravit; unde eſt inſcriptio uĕ lìm kuàm ý, quam τῷ ván liĕ dedicavit; quam ut condecoraret Imperator, Præfationem ipſe adjunxit.

Impreſſus verò Liber anno Chriſti 1587, τϑ ván liĕ 20°. eſtque involucri 1. volum. 8.

CCCXXXVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 23. pag. 374.

Liber inſcriptus,

çūm	崇
chīm	禎
liĕ, lĭ	曆
xū,	書

id eſt, τϑ çūm chīm, ſeu *Imperatoris* çūm chīm *Kalendarii Liber.*

Vox liĕ, ſeu lĭ, apud Sinas curſum *Dierum*, eorumque per totum annum ſucceſſionem. Significat itaque liĕ xū, *Kalendarium*, quæ vox eſt uſitatiſſima.

Cæterum, ad mentem Sinarum, non eſt Tractatus hìc, ſed de Aſtronomiâ, qualis apud Europæos tunc vigebat, itemque de aliis Matheſeως partibus, quidquid habet, id è *Clavio*, ex *Euclide* & antiquis Mathematicis Græcis, Latiniſque deſumtum; nimirum eſt à doctis è Societate Jeſu Aſtronomis compoſitus. 10. vol.

CCCXXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 42. p. 420.

Liber inſcriptus,

tiēn	天
vên	文
tá	大

chím,

chím, 成

id est, *Cæli scientiæ magnum opus*, quasi diceres, *Almagestum*.

Agitur enim præcipuè de Astronomiâ & Astrologiâ, quæ scientiæ apud Orientales, imò apud antiquos omnes semper conjunctæ fuerunt. Hic figuras videre est multas, & *Globorum*, & *Astrorum*, *Solis*, *Lunæ*, &c. *Fixarum*, &c.

In 1°. volumine, post Præfationes, *Catalogus* est, & enumeratio eorum, qui apud Sinas, Astris observandis, operam dedêre, omnium; & sunt ad minus 150. Tum sequitur rerum Astronomiæ & Astrologiæ subjectarum Index, qui etiam infinitus. Author hoâm lŏ gān, alias hoâm tîm yŏ ùlh, alias hoâm tîm yŏ. Invol. 2. vol. 24.

CCCXXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 20. p. 387.

Liber inscriptus,

tiēn 天

muên 問

liŏ, 畧

id est, *Cæli porta parva*, hoc est, *parvus de Sphærâ Tractatus*.

Author Jesuita Lusitanus: agit de *Sphærâ*, *Planetis*, *Circulis*, &c. idque juxta Antiquorum systemata, & per figuras. *Præfatio* est triplex, ad Libri commendationem, ac materiæ, per se non facilis, elucidationem. 1. vol.

CCCXXXIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 45. p. 398.

Liber inscriptus,

tiēn
muên
liŏ,

Habes characteres n°. præcedenti.

id est, *Cæli porta parva*.

Tractatus est de *Sphæra*, juxta principia Antiquorum. Author Sacerdos è Societate Jesu, idque τȣ vân liĕ temporibus. 1. volum.

CCCXL.

Cat. Bibliot. Reg. n. 44. p. 398.

Liber inscriptus,

tiēn
muên
liŏ.

Liber & Characteres iidem qui supra, sed non eadem editio. 1. vol.

CCCXLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 42. p. 398.

Liber inscriptus,

kiă 甲

çù 子

hoéi 會

kí, 記

id est, *Cyclorum* (queis Chronologia Sinarum tota nititur) *collectio & commemoratio*.

In Præfatione hujus Libri, agitur de cyclis, ac præcipuè de cyclo annorum sexaginta, atque Authore ejus hoâm tí, annoque ejus 8°.

Postea sequitur indicatio eorum, in quibus Cyclus unusquisque incipit, annorum, ab ejusdem hoâm tí anno 8°. idque per omnes Imperatores, ex Historiâ designatos, ab hoâm tí, ad ultima usque tempora.

Adduntur etiam Dissertatiunculæ de primis ante hoâm tí sæculis, de fŏ hī, ejusque prædecessoribus ac successoribus. Impressus est Nân Kīmi, & est volum. 3.

CCCXLII.

Cat. Biblioth. Reg. n. 46. pag. 378.

Liber inscriptus

tá 大
cīm 清
kām 康
hī 熙
xĕ 十
pă 八
niên, &c. 年

id est, *Ephemerides Sinicæ*, sive *motus 7 Planetarum anni Christi* 1674, *Imperatoris Sino-Tartari* kām hī appellati 18. calculati ad mediam noctem meridiani Pekinensis, Authore R. Patre *Verbiest*, Societatis Jesu, Astronomiæ in Regiâ Pekinensi Præfecto. Liber est imperfectus. 1. vol.

CCCXLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 50. p. 399.

Liber inscriptus,

lûn 綸
ŷn 音
chî 持
tiēn, 典

id est, *Codex dans sensum rotæ annuæ.*

Est *Almanach* Ecclesiasticum, seu Christianum, qualia apud Sinas à Christianis, ut inter se utantur, imprimuntur quotannis. Pertinet hoc ad kām hī annum 44. & sunt exemplaria 20.

CCCXLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 51. pag. 399.

Liber ἀκέφαλος, & sine titulo.

Sed est è genere Almanachico, eoque juxta Astrologiæ principia, in quo videre est Cyclum, & quidquid ad anni ac mensium ordinem pertinet, unà cum prædictionibus. 1. vol.

CCCXLV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 48. pag. 399.

Liber inscriptus,

kuōn 觀

yn 音

lîm 靈

kuò, 課

id eſt, *Documentum, quo res longè proſpicere aut providere intelligens poſſit.*

Eſt opuſculum quoddam ex Almanachicorum genere, de *Sortibus*, & ad artem divinandi adaptatum. 1. vol.

CCCXLVI.

Cat. Bibliot. Reg. n. 67. pag. 382.

Liber imperfectus manuſcriptus, cujus inſcriptio gallicè,

Dénombrement des Eclipſes.

Videtur autem inter *Schedas* Adami *Schâl*, vel *Verbieſti*, repertus; non deſunt, quæ ad Hiſtoriæ cognitionem faciant, præſertim illorum temporum, cum Imperium τῶν tá mîm jam nutaret, fit etiam ejus anni mentio, quo inventus eſt, atque è terrâ effoſſus *Lapis* Urbis *Siganfu*, de quo *Semedo*, *Kirkerus*, & alii.

CCCXLVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 24. p. 374.

Liber latinè inſcriptus,

Cœli Phenomena.

Habet autem partes duas, quarum altera agit de Lunæ cum cæteris Planetis conjunctionibus, & vice verſâ, itemque de iis conjunctionibus, quæ ſunt ejuſdem Lunæ ac cæterorum planetarum cum fixis; notabis autem id, nonniſi ad annum Chriſti 1674. pertinere. In alterâ ſunt *Ephemerides Sinicæ*, ſive motus Planetarum 7. ad annum Chriſti 1679.

Prima pars manuſcripta eſt, quæ ſcilicet ad 1674.

Secunda impreſſa, quæ ad 1679. refertur. Sunt autem utraque R. P. *Verbieſti*, è Societate Jeſu. 2. vol.

CCCXLVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 25. p. 374.

Liber inſcriptus,

kì 幾

hô 何

yaó 要

fă, 法

id eſt, *Geometriæ neceſſaria principia*, ſeu *Primarum Geometriæ Regularum fundamenta.*

Author hujus Libri eſt P. *Aleni*, è Societate Jeſu.

CCCXLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 47. p. 399.

Liber inſcriptus,

yuén 遠

kím 鏡

xuĕ, 說

id eſt, *Diſſertatio*, ſeu *Oratio de ſpecillis longè proſpicientibus*. (Des Lunettes d'approche.)

Præfatio eſt de *ſpecillorum* utilitate, iis omnibus, qui Aſtronomiam rectè tractare volunt, & per totam Diſſertationem agitur, de *vitrorum* eam ad rem confectione, atque inciſione; præterea objectorum elongationem atque appropinquationem lucis, gradus ac colores, ſimilitudinem ac diſſimilitudinem, pro hâc vel illâ diſtantiâ, & linearum ex hâc vel illâ conficiendarum, rationem expendit Author. Scripſit autem ſub tiēn kī, τῶν tá mîm 15°. & anno ejus 6°. Europæus fuit, cum *Ariſtotelem*, ejuſque Librum ἀκροάσεων appellet. 1. vol.

CCCL.

Cat. Bibl. Reg. n. 43. *p.* 420.

Liber inſcriptus,

cēm 會
pù 補
ſuón 筭
fă 法
ìùm 統
çūm 宗
civên 全
xū, 書

id eſt, *Collectio Librorum ad generales numerandi regulas facientium.*

Tractatuli ſunt complures breves & manci, de antiquâ Sinarum Arithmeticâ. invol. 1. vol. 4.

CCCLI.

Cat. Bibl. Reg. n. 41. *p.* 398.

Liber inſcriptus,

má 馬
tiaō 吊
kiaí, 譜

id eſt, τȣ̃ má tiaō *Univerſalia*,

In hoc opuſculo multa ſunt de *Arithmeticâ*, de *Ponderibus*, de *Menſuris*, de *Muſicâ* & *Tonis*; ſed peſſimè & nimium feſtinanter impreſſum eſt, ita ut characteres plærique truncati. 1. vol.

CCCLII.

Cat. Bibl. Reg. n. 37. *p.* 376.

Liber inſcriptus,

nûm 農
chím 政
civên 全
xū,

xû, 書

id eſt, *Agriculturæ perficiendæ Liber totalis ſive abſolutiſſimus.*

Agriculturam in ſummo honore apud Sinas haberi, norunt, qui Hiſtoriam Sinicam legerunt omnes, & rectè id fieri apud Gentem omnium ſapientiſſimam, quis non videt? cum hominum etiam Urbanorum, etiam Aulicorum, etiam Regum atque Imperatorum victus hinc totus pendeat. Itaque in Libris Sinarum vetuſtiſſimis, qualis eſt xû kīm, Agricultura maximè commendatur. Hoc autem, de quo nunc agitur, opus, à Neophyto Chriſtiano Paulo, Doctore illuſtri, Imperiique Adminiſtro, compoſitum eſt, qui cum negotia publica, ſub finem vitæ, ut Deo uni ſerviret, ac Religionem Chriſtianam liberius profiteretur, omnino reliquiſſet, hortos colere, naturamque herbarum, leguminum, atque arborum, ea demùm, quæ vitam ruſticam ſpectant, omnia, ut varia granorum ac ſeminum genera, Bombicum nutritionem, cognoſcere voluit; item, quod eſſet omni doctrinarum genere excultiſſimus, & varias Sinarum Scientias apprimè didiciſſet, multa de rebus *Mathematicis*, de *Aſtronomiâ*, *Geometriâ*, *Hydraulicâ* addidit.

Liber eſt figuris ornatus quàm plurimis, & nomina *florum* atque *arborum* recenſet plæraque. Invol. 2. vol. 12.

CCCLIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 20. *p.* 373.

Liber inſcriptus,

vù 武

kīm, 經

id eſt, *Bellorum*, aut *Artis Militaris Liber.*

Cum Familia τῶν yuên, ſeu *Ginguiſkanidum* in Sinâ regnaſſet diu, hoc eſt, à taí çù, aliàs hŏ pí liĕ, ſeu ut apud Arabes ac Perſas vocatur *Cublaio*, uſque ad xún tí, Sinæ avorum ſuorum tandem memores, in illam, quæ ab anno 1280, uſque ad annum 1367, ſummâ cum gloriâ regnaverat Familiam Tartaram, propter ultimi ejuſdem xún tí ignaviam inſurrexêre: factum autem illud ab hûm vù, primùm quidem *Latrone*, deinde, Gentis ſuæ magno vindice; nam cum ad ejus caſtra confugiſſent, qui tunc in Sinâ, ob Regis imbecillitatem, numero erant maximo, homines perditi, vagique, & res peſſimè adminiſtratas, jamdudum conquererentur Sinæ ferè univerſi, delectus eſt, qui facinus incœptaret, & *Nankimi* declaratus Imperator; ſtatimque Legibus optimis, & ad antiquorum Sinarum mentem promulgatis, rectà *Pekimum* perrexit; Bella tunc geſta ſumma, & orti magni nominis Duces, quos inter, pûm çù Exercituum ab hûm vù collectorum, Præfectus generalis.

Atqui à pûm kí yaó, cujus Præfectus idem patruus, poſt tanta Bella conſcriptus eſt, anno Chriſti 1637. Additus autem Commentarius, Authore chìm kièu hiŏ, qui imperante ván liĕ, Familiæ tá mîm 14°. extitit. Jam hæc editio procurata ſub kām hī, eſtque involucri 1. vol. 2.

CCCLIV.

Cat. Bibl. Reg. n. 21. *pag.* 373.

Liber inſcriptus,

cém 增

pù 補

vù 武

kīm, 經

id eſt, *Supplementum ad Bellorum*, ſeu *Rei Militaris Librum.*

Liber idem eſt, ſed Commentariis illuſtratus à lîn çū hoân, qui Author, annis poſtea, quàm plurimis, hoc eſt, ſub finem Familæ tá mîm, cum notas præcedentium, variaſque hominum ætatis ſuæ Militarium obſervationes ſummâ curâ collegiſſet, addere etiam ſuas voluit, impreſſus verò Liber anno 1633, imperante çûm chīm, alìàs hoaî çûm, ejuſdem Familiæ tá mîm 17°. Sunt autem hic, invol. 1. vol. 4.

CCCLV.

Cat. Bibl. Reg. n. 40. *p.* 377.

Liber inſcriptus,

kiûn 羣

xū 書

pí 備

kaò, 考

id eſt, *Variorum Librorum accuratum examen.*

Opus eſt eximium, nam varia è variis antiquorum Libris excerpta repræſentat, expenditque; item multas Hiſtorias in mentem revocat, quæ ab aliis Authoribus omiſſæ, etiam diligentibus atque illuſtribus, ita ut aut volumina eorum indicatis fontibus ſuppleat, aut res prorſus novas, nominatis intereà Scriptoribus, referat, addatque ut plurimum judicium de unâquâque re ſyncerum ac criticum. De Libris veteribus non unam quæſtionem movet. Vid. à *pag.* 50. ad 56. item de characteribus, & lŏ xū *pag.* 59. & ſequentibus.

Authores autem multi fuêre, ſed præſertim yuên hoâm. Cæterum ejus opus à poſteriore quodam Philoſopho, quem vocant yuên niên, Commentariis illuſtratum eſt, brevibus notis, idque ita, ut de omnium ferè Librorum priſcorum authoritate Philoſophicè ac criticè agat.

Vixit yuên niên ſæculi 17. initio, & ſub tá mîm, volum. 4.

CCCLVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 23. *pag.* 387.

Liber inſcriptus,

kiŏ 覺

xí 世

yà 雅

yên, 言

id eſt, *Conſiderandum eſſe ſæculum.*

Oratio pulchra; ſenſus eſt, *Qui ſæculum, aut res humanas attentè conſiderarit, eum optimè facere*: Miſcellanea ſunt Hiſtorica & Geographica, peſſimè impreſſa. 1. vol.

CCCLVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 39. *p.* 376.

Liber inſcriptus,

xí 世

'sú 事

tũm 通

kaò, 考

id est, *Sæculi negotiorum generale examen*, seu *cognitio universalis*.

Tractatus hic per se curiositatis plenus; etenim multa offert omnino singularia, & quæcunque ad Imperium Sinicum cognoscendum faciunt, quodammodo complectitur: tractat nimirum de rebus ferè omnibus, de variis Sinicæ Gentis Populis ac Nationibus, de eorumdem Populorum enumeratione, de eorumdem moribus, usibus, muneribusque; item, quot sint apud Sinas Artes, & quænam aut ardentissimè colantur, aut utilissimæ sint: præterea de mutuo inter Sinas commercio, de itinerum susceptione: admiscet quoque nonnulla de Medicinæ occultioris remediis, de Grammaticâ, aut potius de quibusdam Genti Sinicæ propriis phrasibus, ad Sinarum mores, ut inde earum convenientia illustretur, ubique relatis, ita ut opus suum Author ἐγκυκλοπαιδείαν quandam rerum apud Sinas, & in humano sermone usitatiorum esse voluerit. Author vocatur siû sān sèm, vivebat autem imperante Familiâ 22. tá mîm. 1. vol.

CCCLVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 38. *p.* 376.

Liber inscriptus,

tiēn 天

kũm 工

kái 開

vĕ, 物

id est, *Rerum à Cælo factarum in Artibus patefactio.*

Hic Liber arcana ferè omnia & *Naturæ* & *Artium* continet, verbi gratiâ, de *Porcellanis*, de *Sericis*, de *Tincturis*, de *Atramentis*, quomodo & ex quo fiant; item, quâ ratione *Gemmæ* è mari extrahantur, quî excidantur, aliaque ejusmodi infinita.

Author sũm ŷm sīm, Doctor Sina, qui Artium admodum curiosus, vitam omnem suam, in earum cognitione, & rerum artificialium inquisitione consumpsit. Voluminum debet esse trium, sed secundum allatum non est.

CCCLIX.

Cat. Bibl. Reg. n. 21. *p.* 387.

Liber inscriptus,

tiēn
kũm
kái
vĕ,

Habes characteres supra n°. 358.

id est, *Rerum à Cælo formatarum in Artibus patefactio.* 3. vol.

CCCLX.

Cat. Bibl. Reg. n. 40. *p.* 398.

Liber inscriprus,

tiēn
kũm
kái
vĕ,

Habes characteres supra n°. 358.

id est, *Operatio Cæli in aperiendis rebus.* Locutio est è Philosophiâ Sinarum desumpta, quâ *Artes* à *Cælo* derivatæ dicuntur. Est tantum 1. vol. separatum.

CCCLXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 22. *p.* 387.

Ejusdem Libri, sed ex aliâ editione malè sculptâ, pars secunda. 1. vol.

CCCLXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 49. *p.* 399.

Liber inscriptus,

sīn 新
kĕ 刻
pĕ 比
sīn 新
chaó 鈔
kuān 關
nân 南
xuí 稅
çĕ 則
lí, 例

id est, *Novæ editionis, Pequimi novum Registrum, ad Nankimi rectum consensum*, seu *pacta conventa pro vectigalibus*.

Sensus est, novam editionem factam Indicis, seu Catalogi hujus, qui est, & mercium quæ inter duas Urbes *Pekimum* & *Nankimum* ultro citroque comportantur, & vectigalium pro unâquâque merce solvendorum. 1. vol.

CCCLXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 46. *p.* 398.

Liber inscriptus,

hoá 畫
tă, 答

id est, *Responsio de Picturâ*.

Cum apud nos picturæ modus à Sinarum picturâ quàm maximè remotus sit, præsertim quoad figuras, & vestes, & lineamenta, sæpe interrogantur nostri de verâ pingendi & sculpendi Arte: quam *Naturæ* consentaneam esse, cum certò certiùs sit, mirum est, cur Sinæ alioqui *Naturæ* fautores acerrimi, aliud tamen nescio quid, quod in rerum naturâ non est, sectentur.

In Præfatione, quæ est de *Sculptoribus* & de *Pictoribus* generatim, Sinæ veteres reprehenduntur, quod figuras 10, 20 brachiorum, & alia ejusmodi monstra depinxerint contra omnem *Naturæ* viam.

Impressio facta sub çūm chīn, & Author Sacerdos è Societate Jesu. 1. vol.

CCCLXIV.

Cat. Bibl. Reg. p. 431.

Libri Sinicì *Hoamgici*, seu qui *Hoamgii* fuerunt, & Opera post ejus mortem reperta.

1°. Horæ Sinicæ, mſ. pelle rubeâ contextæ, 1. vol. *in*-12.

2°. Preces aliæ separatæ. 2. vol.

3°. Catechismus per Quæstiones & Responsa. 1. vol.

4°. Libellus, in quo characteres aliquot cum eo titulo, *Eclaircissemens*, sed

sed Sinicus totus, & eorum temporum, cum ad Galliam nuper appulsus *Hoamgius*, gallicè disceret.

5°. Volumen quoddam parvulum ac sine titulo, in quo phrases multæ merè Sinicæ, cifris notatæ, nimirum ut alicujus Missionarii Operibus, fortè Rosaliensis, inservirent. 1. vol.

6°. Libellus, qui non aliud quàm Registrum diurnale, per menses distributum, ad annum 1709. 1. vol.

7°. Codex parvulus, in quo loca quædam de Incarnatione, qualia *Neophytis* à Missionariis tradi solent.

8°. Codices quidam, in quibus phrases 4, aut 5, aut 6, aut 7, aut 8 vocum & characterum, ab *Hoamgio* fortè ad usum privatum collectarum. 1. vol.

9°. Versio incepta & imperfecta Fabulæ cujusdam, ex earum genere, quas vocamus *Romans* gallicè.

10°. Volumen quoddam mſ. cui Titulus, *Reflexions sur l'état present de la Chine*, quas *Hoamgius*, tanquam responsa eâ de re, ad quæstiones ipsi à me propositas, conscripserat..

11°. Fasciculus Foliorum Sinicorum, tàm manuscriptorum quàm impressorum, sed sine titulo & ordine. 1. vol.

12°. Initia Dictionarii Sinici, ejus nempe, quod ordinem Clavium sequitur, & in quo quædam tantum Claves, & quidam tantum ex illis Clavibus Characteres selecti. 1. vol.

13°. Schedæ quædam, in queis preces quotidianæ *Pater*, *Ave*, *Credo*.

14°. *Dialogi* inter Bonzium & Missionarium atque inter duos Mercatores, alterum extraneum, alterum Sinensem.

15°. *Nominum* & *Verborum* quorumdam Catalogus, seu Vocabularium, quod ut & cætera, Sinicè quidem, at Latinis tantum Litteris, ac sine ullo charactere, ita ut, sinicè discenti prorsus inutile sit, quomodo Dictionarium à *Kirkero* in fine *Chinæ illustratæ* editum. Quidquid enim sinicè scieris, Latinis Litteris expressum, id omne vanum, ac sensûs vacuum, propter incommodam monosyllaborum Sinicorum ambiguitatem, cum hoc vel illud monosyllabum etiam ejusdem toni, semper multis, sæpe 10, sæpe 20, sæpe 30, sæpe 100 characteribus correspondeat.

Usus est *Hoamgius* Dictionariis duobus, merè Sinicis, sed DD. Illustriss. erant Missionariorum Extraneorum, apud quos diu manserat, & ab iis posteà requisiti, cæterum erant merè Sinici, scilicet çû luỳ & pìn çû ciēn.

16°. Libellus inscriptus kiā hiún, &c. *De gubernandâ domo.* invol. 1. vol. 6. parvulorum.

LIBRI TVNQVINENSES.

CCCLXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 140. *p.* 411.

Meditationes de Dominicis primæ classis. 1. vol.

CCCLXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 143. *p.* 411.

Quæstiones de Articulis Fidei, scripturâ Tunquinensi. 1. tom.

CCCLXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 144. *p.* 411.

Tractatus de pietate erga parentes. 1. vol.

CCCLXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 145. *p.* 411.

Secundus Liber Consolationum. 1. vol.

CCCLXIX.

Cat. Bibliot. Reg. n. 148. *p.* 412.

Index peccatorum ad examen conscientiæ, eorum præsertim quæ homo contra se ipse admittit. 1. vol.

CCCLXX.

Cat. Bibl. Reg. n. 147. *p.* 412.

Meditationes ad tempus Paschæ, scripturâ Tunquinensi. 1. vol.

CCCLXXI.

Cat. Bibl. Reg. n. 149. *p.* 412.

De vita Christi Liber secundus.
De vitâ Christi Liber tertius.
Item vita Christi tomus 4. 7. 8.
Nonus Liber de vitâ Christi ex Evangelio.
Decimus Liber de vitâ Christi.

CCCLXXII.

Cat. Bibl. Reg. n. 150. *p.* 412.

Liber ακέφαλος, sed, ut ex sequentibus patet, Ecclesiasticus, atque etiam Officiorum Divinorum pars, charactere Tunquinensi: fuit olim Tunquinensis cujusdam vocati *Francisco*. 1. vol.

CCCLXXIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 151. *p.* 412.

Libri Tunquinensis pars tertia, qui videtur Militis cujusdam vita. 1. vol.

CCCLXXIV.

Cat. Bibliot. Reg. n. 152. *pag.* 412.

Liber Tunquinensis omnino mutilus, & ακέφαλος, de Religione tamen. 1. vol.

CCCLXXV.

Cat. Bibl. Reg. n. 153. *p.* 412.

Vitæ Sanctorum.

1. Januarii. 1. vol.
2. Februarii. 1. vol.
3. Martis. 1. vol.
4. Aprilis. 1. vol.
5. Maii. 1. vol.
6. Junii. 1. vol.
7. Julii. 1. vol.
8. Augusti. 1. vol.
9. Septembris. 1. vol.
10. Octobris. 1. vol.
11. Novembris. 1. vol.
12. Decembris 1. vol.

CCCLXXVI.

Cat. Bibl. Reg. n. 141. *p.* 411.

Vita Beatæ Virginis, Sinicè, sed scripturâ Tunquinensi. 1. vol.

CCCLXXVII.

Cat. Bibl. Reg. n. 142. *p.* 411.

Vita S. Ignatii Sinicè, sed scripturâ Tunquinensi. 1. vol.

CCCLXXVIII.

Cat. Bibl. Reg. n. 146. *p.* 412.

Vita Sanctarum Domini Mulierum, charactere Tunquinensi. 1. vol.

